
Jnysdonis Vrachien JC Marini F.
Venetijs 31 July 1729
2 7 Moneta veneta

LÜDERI MENCKENII, JC.

FACULT. JURID. LIPS. ORDIN.

USUS THEORETICO-PRACTICUS INSTITUTIONUM JUSTINIANEARUM


AXIOMATIBUS ADJECTIS ILLUSTRATUS.



LIPSIÆ,

IN OFFICINA FRID. GROSCHUFFII.

M DCC XIII.



LUDERUS MENCKE. JC. ET FACULT. JURID. LIPS. ORDINARIUS.

L. B. S.

Ut delicias meas, cupidam Juris Juventutem, pro amore, quo eam multis abhinc annis prosequor, sublevarem, Nucleum quasi Institutionum brevibus hisce pagellis complecti visum: ita enim, putaminibus resecatis, paragraphorum solidam apprehensionem, celerrimam repetitionem & Axiomatum congruam applicationem commodissimè promoveri posse existimavi. Lucem brevitati, ubi opus erit, accendent Tabulæ Synopseos Institutionum Theoretico-Practicæ, vicem quodammodo Commentarii subeuntes, quas si hisce meditatis jungere placuerit, nihil, quod ad Insti-

tutorum Theoriam & Praxin cognoſcendam pertinet, defuturum eſſe credo. Fruere igitur, arbitratu Tuo, L. B. iſto laboris compendio, levamini, ceu confido, in excolendo Juris ſtudio, discentibus futuro. Quantum moli negotiorum, qua premor, ſuccidere licebit temporis, id impendetur Pandectis pari methodo concinnandis: non enim inanem eſſe operam reor, per quam Reip. & Academiæ, cui utrique me dudum conſecratum ſentio, ſua quæruntur emolumenta.



B. C. D.



B. C. D.

PROOEMIUM, JURIUM DIVERSITATEM EXHIBENS.

I.


US eſt norma a ſuperiore præſcripta inferiores ad obſequium obligans. *a. l. f.* §. *1. C. d. legib.*

II. *Jus* dividitur in *divinum* & *humanum*. *Divinum*, cujus Autor eſt Deus. *Idque* eſt *vel Connatum ſ. Naturale, vel Revelatum ſ. Poſitivum*. *Naturale* Honeſtum ac turpe diſcernit, atque illud faciendum hoc fugiendum eſſe dictitat. §. *3. J. d. J. & J.* Illud Jus omnes homines obligat, mutarique non poteſt. §. *XI. J. d. J. N. G. & C. (a) j. J. P. O. & M. art. 7.* §. *1.* *Jus divinum Revelatum ſ. Poſitivum* eſt: Quod Deus in verbo ſuo publicavit, & *abit in Univerſale & Particulare: Univerſale* a Deo conſtitutum, ut obligaret omnes homines. *Idque* eſt *aut Morale*, ceu loquuntur, aut *in ſpecie tale: Jus divinum Univerſale Morale*, Actiones naturali Moralitate bonas imperat, malas vetat, Exod. c. 20. *Jus divinum Univerſale in ſpecie tale* Actiones hominum naturali Moralitati Proximas dirigit, malis vicinas

prohibendo, bonis vicinas imperando. *v. Levit. c.18.v.6.14.seq.j.c.20.v.22.seq. P.4. C. El.3.* §. *f. Matth.c.19. v.9.j. Gen. cap.2.v.24.*

III. *Jus Divinum Positivum Particulare*, solis Judæis latum est. Illud hodie nos haudquaquam obligat. *Gen. c.49. v.10. ad Rom. c.13. v.1.4.5. Jus Divinum Positivum Particulare* est vel *Ceremoniale*, vel *Forense*. *Ceremoniale* de Ceremoniis circa cultum divinum observandis disponit, &, vel ob Typicam significationem, vel ordinem Ecclesiasticum, est constitutum, e. g. de Levitis, summo Sacerdotio, Sacrificiis. *ad Heb. c.7. v.26.27. c.8.v.13. c.9. Forense s. Judiciale* de rebus Politicis est latum. *v. Exod. c.22. v.1.j.* § 5. *J. de obl. quæ ex del. O. C. a.160. Exod. c.22. v.16.j. P.4. C.27.*

IV. *Jus Humanum* Autorem habet hominem, Estque vel *Gentium*, vel *Civile*. *Jus Gentium*, Usu gentium, ob communem Utilitatem, circa arbitraria receptum. §. *2. J. d. J. N. G. & C. l.5. ff. d. J. & J.* Idque est vel *Internum*, vel *Externum*. *Internum*, quod apud Gentes & in Conscientia impunitatem præstat. e. g. armati hostis occisio. *Externum*, quod apud Gentes, non in Conscientia impunitatem præstat.

V. *Jus Civile* est: Quod cujusvis Reipubl. Legislator in Utilitatem suæ Reipubl. constituit. *a.l.6.l.9.ff. d. J & J.* Dividitur *Jus Civile in Universale & Particulare*. *Universale:* In toto Imperio Romano-Germanico obtinet. *Hoc* au-

autem est vel *Constitutum*, vel *Receptum*. *Constitutum*, ut *Recessus Imperii*, qui sunt leges ab Imperatore & Statibus Imperii communi consensu conditæ. *Cap. Leopold. art. 2. J. P. O. & M. art. 8. §. gaudeant*. *Jus Civile Universale Receptum* est vel *Justinianeum*, vel *Canonicum*, vel *Feudale*.

VI. *Jus Civile Justinianeum* est Autoritate Imperatoris Justiniani constitutum compositumve. *§. 1. J. Proœm.* Hoc pro Imperii nostri Jure communi agnoscitur. *Ord. Cam. P. 1. t. 57.* & continet *libros*, vel *Elementarios*, vel *Systematicos*, *l. Suppletorios*. *Elementarios*, ut *Institutiones*, quæ sunt prima Jurisprudentiæ Elementa, auctoritate Imperatoris Justiniani, ad faciliorem Juris intellectum, composita & confirmata. *§. 3. 6. J. Proœm. Systematicos:* ut 1.) *Pandectas*, quæ sunt liber Imperatoris Justiniani jussu ex sententiis JCtorum veterum, opera Triboniani & sociorum, collectus, atque ab eodem confirmatus. *Const. Dedit nobis. De Confirm. Dig.* §. *9.* 2.) *Codicem*, hic est vel *Justinianeus*, quem Justinianus Imp. ante Institutiones & Digesta ex Codice Gregoriano, Hermogeniano, & Theodosiano, nec non Constitutionibus Antecessorum Suisque, componi jussit. *Const. Hæc quæ. de nov. Cod. fac.* & A. 529. promulgavit. *Const. Summa. De Justinian. Codice confirm.* §. 2. *J. Proœm.* vel *Repetitæ Prælectionis*, quem Justinianus Imp. post Institutiones & Digesta, ex Codice Justinianeo,

50. Decisionibus aliisque novis Constitutionibus suis, reconcinnari jussit, &, priori Codice abrogato, An. 534. plenissima Juris Auctoritate donavit. *Const. Cordi nobis de emend. Cod.* Isto Codice hodie utimur. Huic insertæ *Avthentica Novellarum*, quatenus a Novella, tanquam Avthentico suo, dissident, vim juris non habent, *a. N. 119. c. 3. v. Auth. Excipitur C. d. bon. quæ lib. j. N. 117. c. 1. Suppletorios*, ut *Novellas*, quæ sunt variæ Constitutiones Justiniani, post Codicem repetitæ prælectionis diverso tempore editæ, & ab Anonymo, ævo Justiniani vicino, collectæ. Hæ Juris authoritatem habent, modo statui nostræ Reipubl. conveniant. *v. N. 24. seqq.* suspectæque fidei non sint. *v. N. 163.* Juris Justinianei leges posteriores anterioribus derogant. *a. l. f. ff. d. Const. Princ.*(*b*)

VII. *Jus Canonicum* ex Constitutionibus Pontificum & Canonibus collectum, ad actiones civium Christianorum dirigendas. Hoc in Imperio nostro apud Status Catholicos plus auctoritatis habet. *Cap. Leop. art. 19. J. P. O. & M. art. 13. §. 6.* quam apud Protestantes: Hi enim illud libero arbitrio. *d. J. P. art. 8. art. 5. §. 48.* in certis materiis Juri Civili prætulerunt. *c. 28. X. de Jurejur. l. 5. §. 1. C. d. legib. c. 11. X. d. testam.* in reliquis in subsidium, quatenus nec heterodoxum nec iniquum est, admiserunt. *C. 1. X. d. nov. oper. nunc.* (*c*) *Clem. f. d. test.*

VIII. *Jus Feudale*, est circa bona feudalia con-

constitutum. *II. f. 55. §. 1. j. A. B. c. 25. Cap. Leopold. art. 4.* Käyserl. Landfried. *d. A. 1548. t. 3. §. 2.*

IX. *Jus Civile Particulare* in certo Territorio, Civitate, vel Loco est constitutum aut receptum: ut *Saxonicum*, hoc est vel *Commune*, in Saxonia Usu receptum; veluti *Jus Provinciale.* Land-Recht, *Weichbildicum*, Weichbild, *Feudale*, Lehn-Recht, vel *Electorale*, ab Electore Saxoniæ vi Superioritatis Territorialis constitutum. *P. 1. C. El. 27.*

X. In Genere allegationes Jurium fiunt hoc modo: In *Institutionibus Pr. §. 1. J. d. nupt.* In *Pandectis l. f. ff. π. P. D. de Const. Princ.* In *Codice l. 4. Cod. d. legib.* Auth. Habita. C. ne filius pro patre. Auth. Quas actiones. *C. de Sacr. Eccl.* In *Novellis. N. 118. c. 1.* In *Constitutionibus Imperii. R. J.* vel R. A. *A. 1654. §.* anreichend 174. *A. B. c. 7. Ord. Crim. sive* P. H. O. *art. f. J. P. O. & M. art 1. 8. §. gaudeant. 2. Cap. Leop.* it. *Car. VI. art. 1. Ord. Cam.* vel Käyserl. Cammer-Ger. Ordn. *P. 1. t. 57.* In *Jure Saxonico Electorali P. 2. C. El. 15. O. P. S. t. 7. pr. Ref. Grav.* sive Er. L. G. *d. An. 1609. rubr.* von Justitz-Sachen. *gr. 5.* Pol. Ordn. *t. 8. §. 2. Dec. El. 2. Const. El. Nov. 1.* In *Jure Saxonico Communi* Land R. *l. 1. art. 3.* Lehn R. *cap. 32.* Weichb. *art. 8. 129.* In *Jure Canonico. cap. 18. X. de testam. c. 2. d. pact. in 6. Clem. sape 2. d. verb. sign.* In *Jure Feudali II. f. 55.*

(*a*) *Jura Naturalia divina quadam providentia constituta semper firma atq; immutabilia permanent.* §. *XI. J. d. J. N. G. & C.*

(*b*) *Leges tempore posteriores, potiores sunt his, quæ ipsas præcesserunt. l. f. ff. d. const. Princip.*

(*c*) *Inter Jus Canonicum & Civile in dubio non est statuenda differentia C. 1. X. d. nov. op. nunc.*

I. *Proœmium Institutionum* complectitur I. *Inscriptionem*, II. *Constitutionem*. *Inscriptio* continet 1. *Invocationem Nominis Divini. fac. Nov. 109. præfat.* (*a*) Ea hodieque in Instrumentis Notariorum non est omittenda. *R. J. d. A. 1512.* Ordn. der *Notarien*. §. *3. verb.* nach Anruffung des Göttlichen Namens. 2. *Auctorem Operis Justinianum* Imperatorem, cujus recensetur Titulus respiciens partim ad Imperatorem ipsum, partim ad res ab eodem gestas gerendasque. Additamentum *semper Augusti* hodie ad officium in augendo Imperio consistens refertur, unde Imper. dicitur: Allezeit Mehrer des Reichs. *v. Cap. Leop. pr. j. art. 12.* 3. *Dedicationem Cupidæ Legum Juventuti factam.*

II. *Proœmii Institutionum* Constitutio sistit I. *Officium Imperatoris.* II. *Compilationem Juris.* III. *Adhortationem.* *Officium Imp.* respicit *in*
Pr. I. h. *Thesi*, Curam Armorum & Legum *Pr. I. h. j. L. 4. C. d. legib.* (*b*) *in Hypothesi.* i. e. Applicatione ad Justinianum, qui inclaruit tam Victoriis quam Le-

Legum promulgatione & Compositione. §. *1. l. h.* §. 1. l. h.

III. Compilationis intuitu considerari meretur *Juris Justinianei* I *Origo*, II. *Compositio. Origo* repetenda ex *Statu Regio*, ubi per seriem 7. Regum & Annos 244. manu ipsorum omnia gubernata sunt. *l. 2. §. 1. ff. d. O. J.* Legesque latæ a Sexto Papyrio congestæ. *l. 2. §. 2. ff. eod.* In *Statu Populari*, Epocha alia fuit *Juris Incerti*, per 60. fere annos. *Certi* conditis Leg. XII. Tabb. A. V. C. 305. *j. l. 2. §. 4. ff. d. O. J.* Aucti per 1.) Interpretationem Prudentum. *l. 2. §. 5. ff. d. O. J.* 2.) Legis actiones. *l. 2. §. 6. ff. eod. &c.* In *Statu Monarchico*, *Epocha prima* fuit Gentilium Impp. usque ad Constantinum M. f. A. 306. *Secunda*, a Constantino Imp. usque ad Theodosium Juniorem, conditorem Codicis Theodosiani: *Tertia*, sequentium Impp. usque ad Justinianum f. A. 527.

IV. Justinianei Juris compositionem si spectes, prodierunt libri Justinianei hoc ordine: *Liber* 1.) *Codicis* Justinianei, de quo §. *II. h.* loquitur A. 529. 2.) *Institutionum.* A. 533. Mens. Nov. 3.) *Pandectarum* A. 533. Mens. Dec. *j. §. 11. J. h.* 4.) *Codicis* repetitæ prælectionis, A. 534. Hos secutæ sunt *Novellarum* Constitutiones. §. 2. J. h.

V. In specie *Institutionum* commemoratur, *1. Numerus Compilatorum. 2. Compilationis fructus. 3. Compositio. 4. Materia. 5. Confirmatio.*

1. Numerus Compilatorum est ternarius, consi-

 stens

ſtens in Triboniano, Theophilo, & Dorotheo.
§. 3. I. h. §. *III. J. h.* 2. *Compilationis fructus*, utilitas ſcilicet, petita ab Auctoritate Conſtituentis. Imperatoriæ enim ſunt Inſtitutiones, non JCtorum, & facilitate apprehenſionis, ob inutilia eliminata & facultatem Conſtitutiones Impp. non, ut olim, poſt qvadriennium. *Conſt. Omnem.* §. *2. ſq. De Ration. & Method. Jur. Doc. ad Anteceſſ.* ſed ab initio legendi §. *III. h.* In Conſtituendis Cameræ Imp. Aſſeſſoribus, vice Quinquennalis ſtudii in Academiis deſiderati, *Ord. Cam. d. A. 1555. P. 1. t. 3.* §. 2. perſonarum eruditio & habilitas conſiderari juſſa. *R. J. d. A. 1654.* §. *28.* quod in Advocatis quoque plerisque in locis attenditur. *v. l. 11.* §. *1. C. d. adv. div. judic. O. P. S. T. 3.* §. beſonders. *j. Mand. El. d. A. 1691.* §. *8.* 3. *Inſtitutionum Compoſitio*, abſolutis Pandectis facta. *d.* §.
§. 4. I. h. *III. h.* §. *IV.* & diviſio in 4. Libros §. *IV. J. h.* 4. *Materia.* Circa quam verſantur, Inſtitutiones
§. 5. I. h. ſunt Jus vetus & novum §. *V. J. h. pr. I. d. Uſuc. ite* §. *5. J. d. exhared. liber.* Materia autem ex qua, Inſtitutiones antiquorum JCtorum præci-
§. 6. I. h. pueque Commentarii Caji §. *VI. J. h.* 5. *Confirmatio* Inſt. quippe ex qua eædem auctoritatem Juris habere cœperunt. *d.* §. *VI. Conſt. 2.* §. *11. C. d. V. J. E. j. L. fin.* §. *1. C. d. leg.* (*c*) & §. *27. J. d. legat.*

VI. *III. Pars Conſtitutionis* eſt Adhortatio ad Legum ſtudioſos directa, quorum Induſtriam acuit ſpes Eruditionis & Reipubl. aliquando gu-

gubernandæ. §. *VII. h. j. Auth. Habita C. Ne fil. pro patre.* Huic addita est subscriptio: Data Constantinopoli XI. Calendas Decembris (i. e. d. 21. Nov.) Domino Justinianeo Perpetuo Augusto tertium Consule. (f. A. 533.) §. 7. I. h.

(a) *Deus debet esse Legislationis principium medium & terminus. Nov. 109. in præfat.*

(b) *Digna vox est majestate Regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri. L. 4. C. d. Leg.*

(c) *Leges condere soli Majestati concessum est. L. f. §. 1. C. d. Leg.*

LIB. I. INSTITUTIONUM.

TIT. I.

De Justitia & Jure.

I.

HOc Tit. agitur de *Justitia* & *Jure*. *Justitia* est constans atque perpetua voluntas (i. e. habitus moralis) jus suum cuique tribuendi. *Pr. I. h.* Hæc dividitur vulgo in *Universalem*, eaque exercitium omnium virtutum comprehendit. & *Particularem*, quæ de bonis externis suum cuique tribuit. Estque vel *Distributiva*, & distribuit Res Communes Civitatis secundum Pr. I. h.

Proportionem Geometricam s. comparatam æqualitatem, personarumque qualitatem. *l. 14. §. 3. ff. d. mun. & hon.* vel *Commutativa*, & versatur circa Res singulorum commutandas, observata Proportione Arithmetica s. simplici rerum æqualitate. *a. l. 1. ff. d. contr. emt.*

II. *Justitia* administratur mediante *Jurisprudentia*, quæ est rerum divinarum v. *§. 7. J. d. R. D. J. P. O. & M. art. 8. & art. 5.* §. 48. atque humanarum notitia, justi atque injusti scientia.

§. 1. I. h. *§. I. J. h.* sive Prudentia Civilis Jus ad actiones, in Civili Societate obvenientes, applicandi. *a. l. 1. §. 1. ff. h.*

III. Jurisprudentia exercetur per *Interpretationem Doctrinalem*, qua a Judice vel JCto sensus legis eruitur. *L. 2. §. 13. ff. d. O. J.* (*a*) Eaque est vel *simplex* seu *Declaratoria*, qua ex legum verbis mens Legislatoris colligitur. *d. l.* vel *Restrictiva*, qua ob Rationem Legis Specialem generalia ejus verba restringuntur, *l. 6. C. d. leg. L. 14. ff. eod. C. 28. d. R. J. 6.* (*b*) vel *Extensiva*, qua ob rationem Legis Generalem specialia ejus verba extenduntur. *L. 13. ff. d. leg.* (*c*) *§. un. J. d. legitim. Patron. tut.* A qua differt *Interpretatio Authentica*, quæ ob Legis insignem obscuritatem fit Legislatoris *expressa tacitave* (hæc interpretatio Usualis dici solet) declaratione. *l. 9. C. d. leg. j. l. 12. §. 1. ff. qui & a quib. manum. l. f. C. d. leg. l. 37. ff. eod. fac. N. 162. c. 1. Instr. Pac. Osn. & Mon. art. 8. §. gaudeant. Dec. El. 2. 4.*

IV.

IV. *Jus* est Norma a superiore præscripta inferiores ad obsequium obligans. *a. l. f.* §. *1. C. d. leg.* Jus tractatur Methodo primum simpliciore, in Institutionibus, postea Exactiore in Digestis, ut desertio studiorum laborisque difficultas evitetur. §. *II. I. h.* Juris peritiæ comparandæ servit, Doctrina & Apprehensio fidelis, Conservandæ autem Repetitio. §. 2. I. h.

V. *Juris* tria sunt *Præcepta:* 1.) Honeste vivendum est. §. *III. J. h.* quod intendit Jurisprudentia, non tamen ejus violatores semper coërcet. *a. L. 144. ff. d. R. J. (d) j. l. 5. C. ad SCt. orfic. L. 18. ff. d. pœn. (e)* 2.) Alter non lædendus est. §. *III. I. h.* Hoc determinat Jus Civile. *l. 2. C. d. rescind. vend.* simulque læsionem sui vetat, cum charitas ordinata incipiat a se ipso. *a. l. 6. C. d. servit. & aqu.* unde Αὐτοχειρίαν fraudulosam merito sua manet animadversio. *a. l. f. §. 6. ff. d. bon. eorum qui ante sent.* 3. Suum cuique tribuendum. *d. § III. J. h.* §. 3. I. h.

VI. Jus dividitur a fine in *Publicum* & *Privatum*. *Publicum* principaliter ad Utilitatem Reipubl. spectat. §. *IV. I. h.* v. *L. 45. §. 1. ff. d. R. J.* (*f*) Unde hoc in Academiis hodie recte docetur *Cap. Leop. art. 2.* Hoc est vel *Romanum*, a Romanis conditum. v. *lib. 10. 11. 12. vel Modernum*, in Imperio Romano-Germanico, Statibus Imperii in Communionem Majestatis adscitis, conditum. Huc pertinent 1.) Recessus Imperii in specie sic dicti. v. *Edit. Nov. d. A. 1692.* 2.) Aurea §. 4. I. h.

Bulla Caroli IV. *d. A. 1356.* 3.) Pax profana. *d. A. 1495.* 4.) Transactio Passaviensis. *d. A. 1552.* confirmata *R. I. d. A. 1555. §. 13. seq.* 5.) Capitulationes Imperatoriæ a Carolo V. ad Carolum VI. 6.) Instrumentum Pacis Osnabrugensis & Monasteriensis *d. A. 1648*: *Privatum*, quod Principaliter ad Privatorum Utilitatem pertinet. Hoc præcipue collectum est ex Præceptis Naturalibus. *v. §. 3. J. h.* Gentium. *l. 5. ff. d. J. & J. §. 2. J. d. J. N. G. & C.* & Civilibus, *§. IV. J. h. v. §. 3. J. d. test. ord. l. 21 C. d. testam.*

(*a*) *Constare non potest jus, nisi sit aliquis Jurisperitus per quem possit quotidie in melius produci. l. 2. §. 13. ff. d. O. J.*

(*b*) *Quæ à Jure Communi exorbitant, nequaquam sunt ad consequentiam trahenda. C. 28. d. R. I. 6. L. 14. ff. d. leg.*

(*c*) *Quoties lege unum atque alterum introductum est, cætera, quæ tendunt ad eandem Utilitatem, interpretatione supplenda sunt. L. 13. ff. d. leg.*

(*d*) *Non omne quod licet honestum est. L. 144. ff. d. R. J.*

(*e*) *Cogitationis nudæ pœnam nemo patitur. l. 18. ff. d. pœn.*

(*f*) *Privatorum Conventio Juri Publico non derogat. L. 45. §. 1. ff. d. R. I.*

Tit. II.

TIT. II.

De Jure Naturali, Gentium & Civili.

I.

A Causa Efficiente *Jus* dividitur in *Naturale*, *Gentium & Civile*. *Naturale* idque *Improprium* est, quod Natura omnia animalia docuit, sive ordo a Creatore constitutus circa illa potissimum, quæ ad conservandam ipsam naturam, i. e. speciem & individua animalium faciunt: ut sobolis procreatio, educatio *PR. I. h.* Pr. I. h. *Proprium* est, quod Honestum ac Turpe discernit, atque illud faciendum, hoc fugiendum esse dictitat. *a.* §. *3. I. d. Just. & Jur. l. 2. l. 3. ff. eod.*

II. *Ius Gentium*, Usu Gentium ob Communem Utilitatem circa Arbitraria receptum §. *I. & . II.* §. 1. 2. I. h. *I. h.* Hinc 1.) Belli Indictio, s. Clarigatio ad effectum belli justi jure Gentium necessaria. 2.) Contractuum plerorumque Origo. *d.* §. *II. l. 5. ff. d. I. & I.* Verborum autem. *l. 1. ff. Locat.* Literarumque Obligatio. *pr. I. d. literar. obl.* Juri Civili debet ortum. *a. d. l. 5.*

III. *Jus Civile* est: Quod cujusvis Reip. Legislator in Utilitatem suæ Reip. constituit. §. *I. I. h.* Tale dicitur κατ' ἐξοχὴν Romanum. § *II. I. h.* Atque hoc, quatenus in nostro Imperio promulgatum, est vel *Universale*, ab Imperatore & Statibus Imperii conditum. *I. P. O. & M.*

Part.

Part. 8. §. gaudeant. vel *Particulare*, aut *Generalius*, vi Superioritatis territorialis (Landes-Fürstlicher oder hoher Obrigkeit) à singulis Statibus in suo territorio constitutum. *I. P. O. & M. art. 8. §. 1. Cap. Leop. art. 3.* aut *Specialius* s. *Statutarium*, quod Civitates, Universitates, vel Collegia in suam Utilitatem coadunt, & vel ex Jure condentis, *fac. l. 37. ff. d. reb. auct. jud. poss.* vel Superioris Confirmatione obligat. *a. l. f. C. d. legib.*

IV. *Jus Civile* à Modo constituendi abit in *Scriptum*, & *Non-Scriptum*. *Scriptum*; Quod
§. 3. I. h. Legislatoris expressa voluntate conditur. §. *III. I. h. a. l. 2. §. 4. ff. d. O. J.* Idque est vel *Civile* in specie sic dictum, vel *Prætorium*. *Civile:* Legibus, Plebiscitis, SCtis, Principum placitis & Responsis Prudentum introductum. *l. 7. ff. d. J. & J.* Illius Species sunt: 1.) *Lex*, (in Statu Populari) quam Populus Romanus Senatorio Magistratu interrogante (veluti Consule, Dictato-
§. 4. I. h. re) constituit. §. *IV. I. h.* 2.) *Plebiscitum*, quod Plebs (opposita ordini Senatorio & Equestri. *fac. l. 10. C. de Nupt.*) Plebejo Magistratu interrogante (veluti Tribuno) constituit. *d. §. IV.* Hoc non minus, quam lex, valet. §. *IV. j. l. 1. §. 1. ff. ad L. Aquil.* 3.) *Senatus Consultum*, quod Senatus Juris Sanciendi ergo jubet atque consti-
§. 5. I. h. tuit. §. *V. I. b.* 4.) *Principis Placitum* s. Constitutio, quæ est Jus à Principibus promulgatum. Nam Populus omne Imperium suum & Potesta-
tem

tem Principi concessit Lege Regia. §. *VI. I. h. l. 1.* §. 6. I. h.
§. 7. *C. d. V. J. E.* *Constitutio* dispescitur in *Generalem* & *Specialem*. *Generalis* omnes tenet, generaliterque Universis vel prodesse vel obesse solet. §. *VI. I. h.* ut: 1. *Edictum, d.* §. idque Princeps proprio motu generaliter in Utilitatem Reipubl. condit. *l. 3. C. d. leg.* 2. *Rescriptum*, quod ad Consultationem, relationem vel Supplicationem aliorum datur. *L. 1. C. d. div. rescript.* Jure Civili autem Rescripto inseritur Clausula: Si preces Veritate nitantur. *l. 7. C. d. div. rescript. j. l. f. C. Si contra jus.*. quæ Jure Canonico. *C. 2. X. d. Rescr.* (*a*) & Hodierno subintelligitur. ita resp. F. J. L. M. Aug. A. 1701. 3. *Decretum*, quo Princeps inter partes litigantes causa cognita pronunciat. §. *VI. I. h. j. l. 3. ff. d. his quæ in test. del.* *Constitutio specialis* s. *Privilegium*, est Jus singulare contra juris generalis tenorem legitime concessum. *l. 14. l. 16. ff. d. legib.* Dividitur 1.) A fine in *favorabile*, in favorem personæ reive; & *Odiosum*, in odium personæ reive concessum. §. *VI. I. h.* 2. A subjecto inhæsionis, in *Reale*, & rei conceditur, & cum re ad eum, cujus interest, transit. *L. 68. L. 196. ff. d. R. I.* (*b*) & *Personale*, & Personæ conceditur, illi cohæret, & eum ea extinguitur. §. *VI. I. h. de* §. *VII. v. N. 5. in fin.* 5.) *Responsum Prudentum*. i. e. Sententia & opinio eorum, quibus permissum erat de Jure respondere. §. *VIII. I. h.* §. 8. I. h.
Si Moderna JCtorum Collegia spectes Respon-

sum

sum Prudentum est vel *Informatorium*, quod ad petentis informationem datur. Hoc is, qui impetravit, s. pars s. Judex, præcise sequi non tenetur fac. *R. J. d. A. 1654. §. 96.* vel *Litis Decisorium*, sive ad acta emissum. *fac. R. J. d. A. 1654. §. 113.* Hoc Judex regulariter sequi & in causa criminali ad pœnam corporis afflictivam tendente impetrare debet. *O. C. a. 160. 165. & fin.*

V. *Jus Prætorium s. Honorarium*, ex Magi-
§. 7. I. h. stratuum Edicto profectum. §. *VII. I. h.* est vel *Prætorium in specie*, vel *Ædilitium. Prætorium in specie*, quod Prætores introduxerunt, adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi Juris Civilis gratia. *l. 7. §. 1. ff. d. I. & I.* Ex eo descendens Actio Pœnalis est Annalis. *L. 35. ff. d. O. & A.* (*c*) etiam hodie. *Ædilitium* est, quod ex Edicto Ædilium provenit. *d. §. VII. l. 1. ff. d. adil. edict.*

VI. *Ius Nonscriptum* s. *Consvetudo*, est Jus Tacita Legislatoris Voluntate per mores introdu-
§. 9. I. h. ctum. §. *IX. I. h. L. 32. §. 1. ff. d. leg.* (*d*). Hæc abit in *Universalem*, eaque in Toto Imperio Romano-Germanico obtinet. *fac. Cap. Leop. a. 4. & Particularem*, & in certa Parte Imperii locum habet. Estque vel *Provincialis*, atque in certa Provincia Imperii (e.g. der Sachsen-Spiegel) vel *Localis* & in certo Loco Imperii attenditur.

VII. *Consuetudo* requirit *Actus* 1. *Publicos. a. L. 18. ff. Mand.* (*e*) & *Continuos*, s. contrariis actibus non interruptos. *a. l. f. C. quæ sit long. consvet.* 2. *Frequentes & Diuturnos. d.* §. *IX.* eaque Diu-

Diuturnitas determinatur Jure Civili arbitrio Judicis. *a. l. 1. §. f. ff. d. Iur. del.* quod *bodie* regulariter obſervandum eſt. Jure Saxonico 31. ann. 6. ſep. 3. d. fac. *c. f. X. d. praeſcr. j.* LR. *l. 1. a. 29.* 3. *Rationabiles*, i. e. Juri Naturæ & Divino Univerſali haud repugnantes. *C. f. X. d. conſuet.* (*f*) *j. R. I. d. A. 1577. §. 1. j. O. C. a. 218. Auth. Navigia C. d. furt.* Conſvetudo apud Lacedæmonios imprimis obtinuit, apud Athenienſes Jus Scriptum. *§. X. I. h.* §. 10. I. h.

VIII. Jus Civile pro Accidente agnoſcit Mutabilitatem. Contingit autem Mutatio Poſteriore Lege vel Conſuetudine contraria. At Jus Naturale proprie ſic dictum ſemper firmum atque immutabile permanet. *§. XI. I. h.* Cæterum §. 11. I. h. Jus gentium mutationi eſt obnoxium, quod exemplum Captivitatis Servorum inter Gentes chriſtianas abrogatæ, declarat.

IX. Jus Civile verſatur circa Jus cuique tribuendum ratione 1. Status Perſonarum; 2. Rerum Externarum. 3. Modi, per actiones. *§. XII.* §. 12. I. h. *I. h. l. 1. ff. d. Stat. hom.*

(*a*) *In Reſcriptis Jure Canonico ſubintelligenda eſt conditio: ſi preces veritate nitantur, etiamſi non apponatur. C. 2. X. d. Reſcript.*

(*b*) *Jura perſonalia perſonis inhærent, & cum iis extinguuntur, Realia vero cum ipſa re ad quosvis poſſeſſores tranſeunt. a. L. 68. L. 196. ff. d. R. J.*

(c) *Actiones prætoriæ pœnales sunt annales, rei persecutoriæ perpetuæ. l.35. ff. d. O. & A.*

(d) *Inveterata consuetudo pro Lege non immerito custoditur. L.32. §.1. ff. d. Leg.*

(e) *Qui patitur id fieri, quod prohibere potest & debet nisi velit pro consentiente haberi, mandare videtur. a. l.18. ff. mand.*

(f) *Naturali Juri consuetudine derogari non potest C. f. X. d. Consuetud.*

Tit. III.

De Jure Personarum.

I.

Jus *Personarum* est facultas hominibus ex civili sua conditione competens. Descendit ex *Statu Hominum*, s. *Conditione Hominum* in Civili Societate viventium, secundum quam iis Jus redditur. Qui est vel *Libertatis*, quæ Juris Gentium facit participem. *l.3. l.4. §.1. ff. d. Stat. hom. Civitatis*, quæ Jura Civis tribuit. *l. 9. l. 18. §. 1. ff. de mun. & hon. Familiæ*, ex qua quis est vel Pater vel Filiusfamilias. *a. l. 4. ff. d. his qui sui vel al. jur. j. l. f. ff. d. cap. min.*

II. Divisio Generalissima hominum est in *Liberos* & *Servos*. *PR. I. h. Liberi* gaudent *Libertate*, quæ est Naturalis Facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi si quid vi (*v. l. 23. §. f. ff. d. acqvir. vel amitt. poss.*) aut Jure (*v. L. 15. ff. d. condit. Inst.* (a) *L. 185. ff. d. R. I.* (b) prohibetur.

Pr. I. h. (left margin, beside line beginning "beros")

§. 1. I. h. §. *I. I. h.* Servi sunt in Servitute; *Servitus* autem

tem est Constitutio Juris Gentium, qua quis Dominio alieno contra naturam (i. e. primum Naturalem Statum. *l. 4. ff. d. J. & J. pr. I. d. libert.*) subjicitur. §. *II. I. b.* Servi appellantur a servando, & Mancipia, eo quod ab hostibus manu capiuntur. §. *III. I. b.* §. 2. I. h. §. 3. I. h.

III. *Servi constituuntur vel Nativitate*, ex Ancillis §. *IV. I. b.* e. g. Turcicis apud nos, *vel Facto, & quidem Jure Gentium* Captivitate. *d.* §. *IV.* Inter Christianos *hodie* Jus saltem Detinendi & custodiendi hostem captivum conceditur, usque dum liberetur præsciente Belli Duce, Reuterbestall. *d. A. 1570.* §. *95.* vel permutatione vel lytro, vulgò Ranzion, promisso solutove, *j. d.* Reuterbestall. §. *94.* Infideles autem, e. g. Turcæ, eos, quos bello ex nostris capiunt, in servilem conditionem detrudunt. *R. J. d. A. 1542.* §. *11.* quem juris rigorem adversus illos retorquemus. *a. L. 1. ff. quod quisq; jur. in alt.* (c) *vel Jure Civili*, cum liber homo major 20. annis se, conditionem hanc ignoranti. *l. 7.* §. *2. f. ff. d. lib. caus.* passus est venundari, & de pretio participavit. §. *IV. J. b. j. l. 1. ff. quib. ad lib. procl. non licet. Hodie* per Conventionem constitui queunt. 1.) *Homines proprii*, Leibeigene. *a. Deut. c. 15. v. 12. l. f. C. de transact.* illi tamen liberi sunt, licet glebæ adadscripti pro prædii accessionibus habeantur. *l. 7. C. d. agric. & Cens. vid. Ordin. Super. Lus.* wegen der Unterthanen und deren Kinder, *d. A. 1652. art. a* 2.) *Rustici ad Operas*, Frohnen-

Dienste, obligati, *j. Dec. El. 33.* Huc referri queunt etiam Tuguriola Nobilium similiumvo personarum ruri inhabitantes.

IV. Servi differentiam recipiunt quoad Officium. *l. 15. §. 1. ff. d. Usufr.* non Statum §. *V. J. b.*

§. 5. I. h.

(*a*) *Quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam & generaliter contra bonos mores sunt nec facere nos posse credendum est. l. 15. ff. d. cond. Inst.*

(*b*) *Impossibilium nulla obligatio est. l. 185. ff. d. R. J.*

(*c*) *Quod quisq; juris in alterum statuit eodem & ipse uti debet. L. 1. ff. quod quisq; jur. in alter. Stat.*

TIT. IV.
De Ingenuis.

I.

HOmines *Liberi* dividuntur in *Ingenuos*, qui statim, ut nati, sunt Liberi, sive nascantur ex utroque Parente Libero s. ex Matre saltem Libera, ejus enim statum sequuntur. *PR. J. b.* (*a*) *j. L. 19. ff. d. Stat. hom.* (*b*) Sufficit autem Matrem Liberam fuisse Tempore Partus vel Editi, vel Gestati, vel concepti *d. PR. conf. ordin. Sup. Lusat. d. A. 1652.* wegen der Unterthanen *art. 4. in fin.* Cæterum, ne delictum Matris Ventri noceat cavetur *hodieq;* tam in Procedendi quam Puniendi Modo. Proinde fœmina prægnans neque Torturæ neque Territioni subjicitur. *a. l. 3. ff. d. pœn.* atque ultimum supplicium

Pr. I. h.

cium aliave Pœna corporis afflictiva in eam statuenda differtur. *d. l. 3.*

II. Homines liberi manent Ingenui, licet per errorem pro servis habiti, sint manumissi. §. *I. J. h. j. l. 21.* §. *1. ff. d. cap.* & *postlim. v. L. 6. ff. ad Municip.* Ita ex Nobilibus descendentes, Juribus Nobilitatis haud usi, Renovatione Nobilitatis impetrata, non pro novis, sed antiquis, Nobilibus habendi sunt. §. 1. I. h.

(*a*) *Non debet calamitas Matris ei nocere, qui in ventre est. Pr. I. d. Ingen.*

(*b*) *Cum legitimæ nuptiæ factæ sunt patrem liberi sequuntur, vulgo quæsitus matrem sequitur. L. 19. ff. d. Stat. hom.*

(*c*) *Errore veritas non amittitur. L. 6. ff. ad Municip.*

TIT. V.

De Libertinis.

I.

Libertini sunt ex justa Servitute Manumissi. *PR. J. h.* Hi constituuntur per *Manumissionem*, eaque est Libertatis Datio, *l. 4. ff. d. J.* & *J.* s. à Potestate Dominica dimissio. *d. l. Pr. J. h.* & Oritur ex Jure Gentium. *d. PR. d. l. 4.* Determinatur autem Jure Civ. e. g. quoad modos manumittendi, §. *I. J. h.* Manumissio *fit modis vel Civilibus* s. solennibus, ut 1.) in Sacrosanctis Ecclesiis §. *I J. h.* 2.) Vindicta, §. *I. J. h.* 3.) per Testamentum. §. *I. J. h.* Hodie homines Proprii Pr. I. h. §. 1. I. h.

& Testamento & Voluntate coram Magistratu declarata libertate donantur, *vel naturalibus s.* minus solennibus, ut Manumissione 1.) Inter Amicos, *l. un.* §. *2. C. d. Lat. lib. toll.* 2.) Per Epistolam. *d. l. un.* §. *I.* 3.) Per quamlibet Ultimam Voluntatem: ut Codicillos. §. *I. J. h. bodie* homines Proprii Naturalibus hisce modis liberationem à Potestate Dominorum consequi possunt, & Affrancamentis, den Laß-Briefen, (ab Ital. affrancare, befreyen, dictis) locus est.

§. 2. I. h. II. Manumissio fit Tempore §. *II. J. h. j. l. 8. C. d. ser.* & Loco quovis etiam extra Judicium. *d.* §. quia est Actus Voluntariæ Jurisdictionis. Id quod hodie ad Testamentorum Insinuationes applicare licet.

III. *Manumissio operatur,* Jure Novo in Ma-
§. 3. I. h. numissis *Jus I. Civium Romanorum* §. *III. J. h.* sublata Conditione 1.) Latinorum, *l. un. C. d. latin. libert. toll. d.* §. 2.) Dedititiorum. *l. un. C. d. deditit. libert. toll. II. Ingenuorum. N. 78. c. 5. j. d. N. c. 2* (*a*)

(*a*) *Libertini sunt ingenuis Jure novo exæquati, salvo tamen jure Patronatus. Nov. 78. c. 2. 5.*

Tit. VI.
Qui & ex quibus Causis Manumittere non possunt.

I.

MAnumissio impeditur per Legem Æliam Sentiam, & Fusiam Caniniam: *Lex Ælia Sen-*

Sententia capite Primo Servos in Fraudem Creditorum Manumitti prohibet. PR. I. h. j. a. L.5.C.d. Leg. (*a*) Nisi quod Domino permittitur, ut Ignominiam Venditionis bonorum sub hasta ob æs alienum evitet. *l.23. ff. quæ in fraud. cred.* Servum Necessarium hæredem instituere cum Expressa Libertatis datione. §. *I. J. h.* vel Tacita, quæ per hæredis institutionem facta intelligitur, §. *II. J. h. j. l.5. C. d. necess. Serv. hær. Inst. a. L.2. ff. d. Jurisd.* (*b*) *Hodie* non tam subhastatio quam Dolus foro cedentis infamat. *Ord. Pol. Imp. d. A.1577. t.23.* §. *1. 2. Ref. Gr. d. A.1661. gr. 78. j. Dec. El.30.* Pr. I. h. §. 1. I. h. §. 2. I. h.

II. *Requirit* autem *Manumissio in Fraudem Creditorum Defraudationis 1. Consilium, 2. Eventum*, sive Manumissor jam eo tempore, quo Manumissio fit, solvendo non sit. *v. L. 114. ff. d. V. S.* (*c*) sive datis libertatibus desiturus sit solvendo esse. § *III. J. h.* Etiam hodie Creditorum Defraudationem ex Consilio Eventuque metimur & solvendo non esse dicimus eum, qui solidum solvere nequit. *d. l.* §. 3. I. h.

III. *Lex Ælia Sententia Capite Secundo à Dominis Minoribus 20. annis, Justa manumittendi Causa apud Consilium non probata, Servos Manumitti prohibet.* §. *IV. J. h. Exigitur* itaque *r.* 1. *Judicii Consilium*, i. e. Consessus Judicum 2. *Ætatis Manumissor 20. annis Minor*; at postea ei, qui 18. annum attigit, Testamento Manumittere licuit. §. *VII. J. h.* (*d*) id quod tandem cuivis §. 4. I. h.

Puberi permissum est. *N. 119. c. 2.* *Hodie* ii, qui Homines Proprios habent, non nisi Majores facti eos inter vivos Manumittunt, Ultima Voluntate vero, cum Testari queunt. *3. Causa, Causa Justa vel Vere,* qualis est Favor. 1.) Manumittendi. 2.) Causæ, 3.) Manumittentis, ut si Procuratoris habendi gratia non minor decem & septem annis Manumittatur. §. *V. J. h. j. l.1. §.3.*
§. 5. I. h. *ff. d. postul. C. 5. d. Proc. in 6.* *Hodie* Usus est varius. In Belgio Procurator 20 annis minor admissus est, nec apud Saxones Minor, adversario, omittente exceptionem inhabilitatis, à procuratorio munere in judicio arcetur: *vel Ficte,* talis est falsa Causa semel approbata, retrectari
§. 6. I. h. enim nequit. §. *VI. I. h. l. 9. §. 1. ff. d. manum. vind.* ob favorem Libertatis. *L. 122. ff. d. R. J.* (*e*) *j. L. 33. ff. d. rejud.*

(*a*) *Quæ lege fieri probibentur, si fuerint facta non solum inutilia, sed pro infectis etiam habentur. L. 5. C. d. Leg.*

(*b*) *Qui vult finem, velle etiam creditur media, sine quibus finis obtineri nequit. a. l. 2. ff. d. Jurisdict.*

(*c*) *Solvendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum solvere potest. L. 114. ff. d. V. S.*

(*d*) *Libertas inæstimabilis res est,* §. 7. *J. h.*

(*e*) *Libertas omnibus rebus est favorabilior. L. 122. ff. d. R. J.*

TIT.

TIT. VII.
De Lege Fuſia Caninia tollenda.

I.

L*Ex Fuſia Caninia Certum Numerum, in Servis Teſtamento Manumittendis, definivit.* §. *un. I. h.* Sed Abrogata eſt, quia Minus Licere non debet Ultima Voluntate quàm Actu inter Vivos. *d.* §. *j. L. 1. C. d. Sacroſ. Eccl.* (*a*) quæ Regula Ceſſat, quoties Diverſa eſt Actus Mortis Cauſa & inter Vivos Ratio. *a. N. 117. c. 1. j. l. 11. C. qui teſtam. fac. poſſ. I. f. 8. P. 2. C. El. 14.* §. Un. I. h.

(*a*) *Nihil eſt, quod magis hominibus debeatur, quam ut ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus & licitum, quod iterum non redit, arbitrium. L. 1. C. d. Sacroſ. Eccleſ.*

TIT. VIII.
De his qui ſui vel alieni Juris ſunt.

I.

P*Erſonæ* ſunt vel *ſui Juris*, quæ nec Patriæ nec Dominicæ Poteſtati ſubſunt. *PR. I. h.* vel *alieni Iuris*, eæque vel in Poteſtate Dominica, vel Patria. *Poteſtas Dominica*, Domino in ſervos competit, & *Iure Gentium Extenſa* 1.) ad Poteſtatem vitæ & Necis Externo ſcilicet, non interno, Jure Gentium. *a. L.* 3. §. *d. I. & I.* (*a*) 2.) ad Plenariam Acquiſitionem. §. *1. I. h.* (*b*) at *Iure Civili Temperata* Conſtitutione Antonini, dum propter Servos occiſos a Dominis ſine cau- Pr. I. h. §. 1. I. h.

ſa, Homicidii pœnam ex L. Cornelia in Domi-
§. 2. I. h. nos ſtatui voluit. § *II. I. h. j. l. 1. §. 2. ff. ad L. Corn. de Sic. l. 23. §. 9. ff. ad L. Aquil.* quod *bodie* imprimis obſervandum, *a. l. 3. C. d. Epiſc. aud. O. C. a. 137. Num. c. 35. v. 31. ſeq.* adeoque pœnæ ultimi ſupplicii in doloſo hoc homicida locus erit. Servos, intolerabili ſævitia tractatos, a Dominis, Antoninus bonis conditionibus vendi pretiumque Dominis dari juſſit. §. *II. I. h.* (*c*) *j. L. 11. C. d. contrah. emt.* (*d*) Præterea ſervos, qui ad Statuas Principum, Aſyli inſtar, confugerant, audiri imperavit. *d. §. j. l. un. C. d. his qui ad Stat. confug.* Hodie homines Proprii, Sævitiam Dominorum juſte metuentes, Cautionem de non offendendo a Dominis exigere poſſunt. *fac. O. C. a. 176.* Domini Jurisdictionis autem Poteſtate ſua Graviſſima Sævitia Abutentes tandem ipſa Privatione Jurisdictionis coërceri queunt. *a. h. §. II. C. 24. X. d. priv.* (*e*) Heris in liberos homines, quorum conduxere operam, moderata correctio domeſtica quidem, ſive verbis ſive verberibus fiat, permitti ſolet. *a. l. un. C. d. emend. ſerv. a. l. 5. §. f. ff. ad L. Aquil.* ea tamen, quoties modum excedit, impunis non eſt. Cæterum A-ſyli Jus in Eccleſiis obtinens. *a. l. 6. C. d. his qui ad Eccleſ. conf. c. 6. X. d. immun. Eccl.* apud Proteſtantes in Imperio noſtro merito negligitur. Interim ſalva eſt contra vim Immunitas Aſylis, ſive univerſaliter ab Imperatore ſive particulariter a Dominis Territorii conſtitutis.

Po-

II. Potestati Dominicæ affinis est *Potestas Dominorum I. In homines Proprios, II. In Rusticos ad operas devinctos. Homines Proprii* sunt Personæ liberæ a Jure emigrandi & libertatis Plenario usu, ob vinculum, quo Dominis suis instar servorum adstringuntur exclusæ *a. l. 6. §. 5. C. d. Episc. & Cler. l. 23. §. 1. C. d. agric. & cens. l. 21. l. 22. C. eod.* vid. LR. *lib. 3. art. 44. conf.* Chur-Sächß. Landes-Ordn. im Marggrafftthum Niederlaußnitz. *t. 2. §. 4. seq. Homines proprii* dividuntur in *Originarios*, & ex hominibus propriis nati sunt. *a. l. 4. C. d. agric. & cens.* & *Adscriptitios s. Novitios*, & homines Proprii facti sunt. *l. 23. §. 1. C. eod.* Proprii homines *obligantur Domino* plerumque ad 1.) Reverentiam. 2.) Auxilium. 3.) Præstandum fidelitatis & Obedientiæ Juramentum. 4.) Operas & Præstationes. ut Frohnen, Korn-Geld-Pächte, Hüner, 5.) Jura venditionalia, Nachsteuer, 6,) In eventum mortis zum Haupt-Gewant-Fall, *v. Tract. Syn. Pand. ad lib. 40. p. 493.*

III. *Rusticorum operæ* Frohnen, Dienste, sunt servitia equis, plaustris, manibus, pedibus aliisq; modis gratis aut modica compensatione interveniente. (Lieferung,) ad alterius utilitatem exhibenda. *Operæ* hæ dividuntur 1.) r. Modi in *Equestres* Pferde-Dienste, & *Manuales* Hand-Frohnen. 2.) r. Quantitatis in *Determinatas* & *Indeterminatas*, gemeßene und ungemeßene Dienste. *j. Dec. El. 33.* 3.) r. causæ in *ordinarias*, quæ regulari-

lariter debentur e. g. Baufuhren. *Ord. Prov. d. A. 1555. t.* Baufuhren. §. demnach. *C.S.p.50. &* *Extraordinarias*, quæ irregulariter debentur. e. g. Wachdienste. *v. P.2.C.El.51. conf. Tract.Syn. Pand. t. d. oper. libert. p. 458. seq.*

(*a*) *Cum inter homines cognationem quandam natura constituerit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse. L.3. ff. d. J. & J.*

(*b*) *Quodcunque per Servum acquiritur, id Domino acquiritur. §. 1. J. h.*

(*c*) *Expedit Reipublicæ ne quis re sua male utatur. §. 2. J. h.*

(*d*) *Invitum distrahere postulantis desiderium justam causam non habet. L.11. C. d. contr. emt.*

(*e*) *Privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. C.24. X. d. privileg.*

TIT. IX.
De Patria Potestate.

I.

P*Otestas Patria* est facultas Patri competens Liberis imperandi quoad Personam *l. 2. ff. d. R. N.* & Res. *l. 6. C. d. bon. quæ lib.* ad commu-
Pr. I. h. nem familiæ utilitatem *fac. PR. J. h. de §. 1. v. N. 4.* Ea Originem habet ex Jure Naturali, Deter-
§. 2. I. h. minationem ex Jure Civili *§. II. J. h.* & olim Rigoris plurimum continuit. *a. l. 11. ff. d. lib. & posth.* postea temperata est. *l. 3. l. 4. C. d. Patr. Pot. l. 2. ff. d. contrah. emt. j. N. 117. c. 1. Hodie* in Imperio nostro Patria Potestas non minus perso-

nis

nis illustribus quam privatis competit, de illius usu Jure Saxonico testatur *P. 2. C. El. 10. Dec. El. 62.* ejusque Effectus civiles salvi esse creduntur ubicunque Jus Civile receptum est, usque dum contrarium probetur.

II. Potestas Patria Competit in Liberos ex Justis Nuptiis Procreatos. *PR. I. h.* Primi & Ulterioris Gradus. §. *III. J. h.* j. L. 220. ff. d. V. S. (*a*) ex Masculis, non fœminis, descendentes, *d.* §. *III.* nam qui ex fœminis nati sunt, Patris sui familiam seqvuntur. *L. 196.* §. *1. ff. d. V. S.* (*b*) *Hodie* Nepotes raro in Potestate Avi sunt. §. 3. I. h.

III. Patria Potestas constituitur 1. Nuptiis, 2. Legitimatione, 3.) Adoptione. Nuptias præcedunt *Sponsalia*, i. e. Mentio, s. oblatio, Germ. die Ehewerbung, & Repromissio s. Acceptatio futurarum Nuptiarum. Germ. die Zusage. *l. 1. ff. d. Sponsal. j. l. 4. C. eod. Sponsalia* sunt vel *publica*, quæ coram Testibus duobus. *a. c. 1. 2. X. d. cland. desp. j. l. 12. ff. d. testib.* accedente Parentum, qui superstites sunt, consensu contrahuntur. *a. L. 7. §. 1. ff. d. Sponf.* (*c*) *j. l. 2. ff d. R. N.* vel *Clandestina*, quæ sine Testibus, aut absque Consensu Parentum contrahuntur. *c. 2. X. d. cland. desp. l. 7. §. 1. ff. d. Sponsal.* sine Testibus contracta nullius momenti sunt Jure non Civili *l. 4. ff. eod.* sed Canonico & Saxonico. *c. 3. X. d. cland. desp. Ord. Eccl. t. gener.* von Ehe-Sachen. *Spec.* von Ehegelöbnüßen, *pr.* quæ *J. Saxon.* dispositio ad liberos Parentibus destitutos restringenda est. *a. l. 14. ff. de Sponsal. j. l. 16. ff. d. legibus.*

IV. *Nuptiæ* funt Viri & Mulieris conjunctio individuam vitæ confuetudinem continens §. *I.*
§. 1. I. h. *J. h.* Conjunctio intelligitur principaliter Animorum per confenfum Matrimonialem. *L. 30. ff. d. R. J.* (*e*) per confequentiam corporum. *l. 220. §. 3. ff. d. V. S.* Individua dicitur voto magis quam eventu folvitur enim Matrimonium regulariter per mortem. *l. 1. ff. d. divort.* irregulariter quoad Confortium & improprie per feparationem a Menfa & Thoro. *a. I. Cor. 7. v. 11.* quoad vinculum Matrimonii & proprie per Divortium, quod fit hodie ex caufa 1.) Adulterii. *Matth. c. 19. v. 9.* 2.) Malitiofæ defertionis. *a. I. ad Cor. 7. v. 15. j. I. ad Tim. 5. v. 8.*)

V. *Nuptiæ* dividuntur in *Publicas*, quæ publice in Cœtu Fidelium accedente Copula facerdotali, contrahuntur. *c. 3. X. d. cland. defp. c. 3. XXX. q. 5.* & *Clandeftinas*, quæ extra Cœtum Fidelium & fine Copula Sacerdotali contrahuntur. Hæ funt prohibitæ dd. cc. forma tamen Matrimonii non interna, fed externa, deftituuntur. *a. l. 30. ff. d. R. J. j. c. 9. 12. X. qui fil. funt leg.* unde ex eo liberi legitimis fponfalibus præcedentibus nati non habentur pro illegitimis. *Dec. El. 49.*

(*a*) *Liberorum appellatio omnes Defcendentes complectitur. L. 220. ff. d. V. S.*

(*b*) *Liberi ex legitimis nuptiis nati Patris non Matris familiam fequuntur. L. 196. §. 1. ff. d. V. S.*

(*c*) *In*

(*c*) *In Sponsalibus consensus eorum exigendus est, quorum in nuptiis desideratur. L. 7. §. 1. ff. d. Sponsal.*

(*d*) *Consensus facit nuptias non Concubitus L. 30. ff. d. R. J.*

TIT. X.

De Nuptiis.

I.

NUptiæ dividuntur 1.) in *Injustas*, quæ Jure prohibente contrahuntur. *PR. I. h. & Justas*, quæ Jure permittente contrahuntur. *PR. J. h. Ad Justas requiritur* ut Contrahentes sint 1. Cives Romani. *PR. J. h.* Excluduntur itaque Pr. I. h. 1.) Servi *d. PR. J. l. 3. C. d. incest. & inut. nupt.* at non Jur. Can. *c. 1. X. d. Conjug. Serv.* & hodierno. 2.) Peregrini. *a. d. PR. Hodie* in Imperio non tam spectatur Regio, quam tollerata Religio. *J. P. O. & M. art. 7.* 2.) Masculi Puberes, fœminæ viripotentes. *PR. J. h.* Æstimatur autem *Pubertas* (*minus plena* sc.) in fœminis ex 12. in Masculis ex 14. Anno completo. *a. l. 4. ff. d. R. N. 7. P. 4. C. El. 31. Pr. 1. quib. mod. tut. fin. hodie* an naturæ vis suppleat ætatem respicitur, *c. 9. X. d. despons. impub.* & in Masculis facultas alendi familiam desideratur iisdemque ante annum 18. ætatis Uxorem ducere haud facile permittitur. 3) Conjungi non prohibiti & consentientes plene; adeoque exigitur Consensus 1.) Parentum Jure Naturali sub nota impietatis, Jure

Civili

Civili sub pœna Nullitatis, ob Patriam Potestatem. *PR. J. h. L. 4. ff. d. R. J.* (*a*) *l. 2. j. l. 25. ff. d. R. N.* nec interest sive Consensus sit præcedens s. concomitans *l. 5. C. d. Nupt. Jure Sax. El.* etiam Matre, (quam sententiam pro recepta usu Germaniæ apud Evangelicos habuit *F. J. L. M. Jan. 704. M. Dec. 709. Oct. 7. 11.* &, Patre nec non Matre deficiente, Avi Aviæque Consensus intercedere debet. Ehe-Ordnung. *t.* von Ehegelöbnüßen. *pr. j. L. 4. ff. d. curat. fur.* (*b*) relicta Parentibus Licentia exhæredandi Liberos Matrimonium ipsis invitis comsummantes, *d. t.* §. Und da. *d. t.* §. würden. Qvando autem furore Pater laborat, aut mente captus est, Patria quidem Potestate ejusdemque Effectibus nonnullis e.g. Usufructu in Adventitiis Regularibus, gaudet, Arbitrio tamen Magistratus & Curatoris furiosi menteve capti Nobiliorumque de familia Consilio, Consensus Nuptialis præstandus est. *PR. J. h. j. l. 25. C. d. Nupt. L. 40. ff. d. R. J.* (*c*) II.) Liberorum Consensus requiritur. *PR. J. h.* in quo interponendo Intellectui obest Error Essentialis. e. g. in Persona *a. l. 9. ff. d. contrab. emt.* vel qualitate essentiali, ut Virginitate cum ex alio Fœmina prægnans est, *a. c. 26. X. d. Sponf. l. 11. §. 5. ff. d. act. emt. j. L. 15. ff. de Jurisd.* (*d*) non vero Accidentalis. e. g. in Divitiis, Forma, Moribus. Voluntati obest metus Justus: nam omnino Libera Contrahentium Voluntas esse debet in individuam hanc vitæ societatem. *l. 12.*

l. 14.

l. 14. C. d. Nupt. c. 14. 15. X. d. spon. j. L. 116. ff. d. R. J. (*e*)

II. Propinquitas Personarum indaganda per *computationem graduum* quæ est investigatio, quoto gradu a se invicem personæ in Consangvinitate vel affinitate distent. *Computatio* dividitur in *Civilem* & *Canonicam*. *Civilis* perficitur secundum Regulas Juris Civilis. §. *7. J. d. grad. l. 10. ff. eod.* Hæc obtinet in Successionibus, Tutelis, Furtis &c. *Const. El. Nov. 6.* Computatio *Canonica* suscipitur secundum Regulas Juris Canonici. v. Declaratio Arboris Consanguinitatis & Affinitatis, quæ est in Jure Canonico post *can. 6. XXXV. q. 5.* Hæc locum habet in Matrimoniis *Conf. Ord. Eccl. Sax. El. t. gen.* von Ehe-Sachen. *Spec.* welchen Personen sich in Ehegelöbniß mit einander einzulassen verbothen, & crimine incestus. *P. 4. C. El. 22. 23. 24.*

III. Præmittenda autem explicatio terminorum: 1. *Cognatio s. Consanguinitas*, Sax. die Magenschafft, est vinculum personarum, ab eodem stipite propinquo Descendentium, carnali propagatione contractum. *a. l. 10. §. 1. 2. 4. ff. d. grad. l. 23. ff. d. adopt. j. l. 4. §. 2. ff. d. grad.* Hæc Consanguinitas dispescitur in *Cognationem in specie* dictam, & *Agnationem*. *Cognatio* in specie sic dicta constituitur carnali propagatione sive per fœminam. §. *1 J. d. leg. agn. tut.* sive per Masculum lineæ maternæ, aut lineæ paternæ, qui minimam capitis deminutionem passus est, *l. 4. §. 10. ff. d. grad. §. 3. J. d. cap. demin.* *Cognati*

appellantur Sax. Spiel-Magen. *Agnatio* constituitur per lineæ paternæ personam Masculini sexus, quæ minimam capitis deminutionem passa non est. §. *1. J. d. leg. agn. tut. j.* §. *3. J. d. cap. dem. Agnati Sax.* dicuntur Schwerd-Magen, quorum jus agnationis nec emancipatione, nec institutione peculiaris œconomiæ, perit. *a.* LR. *l. 1. a. 23.* Torg. Ausschreib. *d. A. 1583. t.* welcher gestalt die *Agnat*en. §. Dieweil dann. *j. l. 195.* §. *2. ff. d. V. S.* 2.) *Affinitas* est Conjunctio per Concubitum cum alterius concumbentis Consanguineo vel affine contracta. *a. c. 5. 8. X. d. Consangu. & affin. j. l. 15 ff. d. R. N.* eaque vel *generis primi*, & contrahitur per Concubitum cum alterius conjugis mariti, Uxoris, aut illicite concumbentis, Consanguineo. e. g. Fratris mei Uxor ♂♀, vel *generis secundi*, & contrahitur per concubitum cum alterius conjugis, affine in primo genere tali v. g. fratris mei viduæ secundus Maritus ♂♀♂♀ vel *generis tertii*, & contrahitur per concubitum cum alterius conjugis &c. affine in secundo genere tali, e. g. Fratris mei Viduæ secundi mariti secunda Uxor ♂♀♂♀ *fac. c. 8. X. d. consangu. & affin. l. 15. ff. d. R. N. Hodie* non quidem in tertio, in secundo tamen affinitatis genere, cum concurrit Parentalis respectus. *a. l. 15. ff. d. R. N.* obtinet Matrimonii prohibitio, & in *Saxonia*, quamvis

vis Parentum & Liberorum Respectus cesset, veluti cum defunctæ Uxoris Fratris Vidua. Hoc loco excludendi sunt ab Affinibus qui tales proprie non sunt: veluti Consanguinei uxoris & mariti, male iis accensiti. *a.* §. *8. J. d. nupt. c.5. X. d. consang. & affinitate.* e.g. Vitrici Pater & Avus *in C. S. p. 121.* 3.) *Communis Stipes* est persona, quam ii, de quorum conjunctione quæritur, proxime pro Communi Parente agnoscunt. *a. c. 5. X. d. consang. & affin.*

4.) *Parentalis Respectus* intercedit, quoties Altera Persona, de cujus conjunctione quæritur, Communi Stipiti immediate subest, & altera ab eodem remotior est. *a. l. 39. ff. d. R. N. §. V. J. h.*

5.) *Linea* est series personarum inter se conjunctarum Gradus continens & Numero discernens. *Linea* dividitur in *Rectam* & *Obliquam*. *Recta* est in qua sunt Ascendentes & Descendentes, eaque dicitur *Superior f. Ascendens*, quando a generato ad generantem ascendimus. *Inferior* f. *descendens*, quando a generante ad generatum descendimus. *a. l. 1. l. 9. d. grad.* *Linea obliqua*, sive *Collateralis*, quam quoque Transversalem appellant, Personas à latere junctas continet, & est vel *Æqualis*, in qua sunt personæ Pari Gradu à Communi stipite distantes,

vel *Inæqualis*, in qua sunt personæ Impari Gradu à communi stipite Distantes. 6.) *Gradus* est distantia unius Personæ ab altera per Generationem Constituta. §. *7. J. d. grad.* Gradus sunt in Consanguinitate proprie. *d.* §. *l. 10.* §. *10. ff. eod.*

IV. Computatio Graduum fit juxta regulas, quæ sunt vel in consanguinitate vel in Affinitate. In Consanguinitate *Regula* est *Juris Civilis: Quot sunt generationes tot sunt gradus.* §. *7. J. d. grad.* Cum qua in effectu conspirat Regula Juris Canonici in linea recta.

V. *Jure Civili* in *linea collaterali*, *utrumque latus*, *Canonico unum saltem computatur*, & quidem in *linea æquali alterutrum*, in *inæquali remotius.*

VI. *In Affinitate obtinet eadem Computatio, quæ in Consanguinitate*; atque in ea sunt gradus improprie sic dicti. *l. 10. pr. l. 4.* §. *3. ff. d. grad.* juxta Regulam: *Quocunq; gradu quis est consanguinitate junctus Conjugi uni, eodem est affinis alteri, cujuscunq; generis sit affinitas.*

VII. *Probibitio Graduum Generalis* est: *in linea recta* in infinitum. *Lev. c. 18. v. 6. 7. 10. j. 8.*
§. 1. I. h. *15.* §. *I. J. b.* In *linea collaterali* inter fratres &
§. 2. I. h. sorores quascunque. §. *II. J. b.* easque personas, quæ sibi invicem sunt Parentum & liberorum,
§. 3. 5. I. h. loco, §. *III. V. J. b. de* §. *IV. v. N. 9.* prohibitæ sunt nuptiæ, *d. c. 18. v. 9. 10. j. v. 12. 13. 14.* Ubi no-

notanda *Regula* 1.) quod *eadem sit in Affinitate, quæ in Consanguinitate Graduum prohibitio.* §. *VI. VII. J. h. j. l. 13. C. d. incest. & inutil. nupt.* §.6.7. I. h.
2.) quod *in gradibus Jure divino Universali prohibitis Princeps dispensare nequit*, sed in prohibitione Juris humani secus est.

VIII. *Prohibitio Graduum Particularis* obtinet in *Linea Collaterali* deficiente Parentali respectu: & quidem *Jure Canonico* usque ad gradum quartum inclusive. *c. 8. X. d. Consang. & Affin.* unde permissum est Matrimonium cum Propatrui s. Patrui Majoris Abnepote. *Jure Saxonico* usque ad gradum tertium inæqualem inclusive. *Ord. Eccl. Sax. t. gen.* von Ehe-Sachen. *Spec.* welchen Personen sich mit einander in Ehegelöbniß einzulassen verboten. *C. S. v. 273. seq.*



Itaque legitimum est Matrimonium inter Consobrinorum liberos . *Jure Civili* inter adoptivos Parentes & Liberos, nec non fratres & sorores, nisi, postremo casu, vinculum potestatis Patriæ sit emancipatione ruptum. §. *I* §. *II. J. h.* *Jure hodierno* in universum prohibitio Principis dispensatione sit dissoluta.

IX. Inter Consobrinos prohibitæ non sunt J. Civ. nuptiæ. §. *IV. J. h.* Etiam inter Comprivignos  zusammen gebrachten Kindern. §. 4. I. h.

dern Nulla est Affinitas,adeoque nec ulla Ma-
§. 8. I. h. trimonii Prohibitio. §. *VIII. J. h. C. 5. X. d. Consf. & Affin.* (*f*)

X. *Jure Civili ob Honestatem v. L. 42. ff. d. R. N.* (*g*) prohibitum est Matrimonium cum 1.) *Quasi Privigna*, i. e. filia post divortium à
§. 9. I. h. quondam Uxore & novo Marito suscepta. §. *IX. J. h.* 2.) Cum *Quasi Noverca* s. Sponsa Patris, vel *Quasi Nuru* s. Sponsa filii. §. *IX. J. h. t. l. 12. §. 1. 2. ff. h.* nisi accesserit dispensatio Principis, quæ, urgentibus circumstantiis, fit prævio Juramento Purgatorio. 3.) Cum *Persona in statu*
§. 10. I. h. *servili* vetitaque cognatione *constituta*. §. *X. J. h. j. L. 14. §. 2. ff. d. R. N.* (*h*) quod inprimis *hodierno Jure* observandum, quo cum servo est Matrimonium. *c. 1. X. d. conj. serv.* Quoniam autem homines Proprii non sunt Servi, tanquam Liberi, Jure Connubiorum gaudent.

§. 11. I. h. XI. *Jure Civili ob civilem rationem.* §. *XI. J. h.* prohibebatur jungi 1.) Senator Libertinæ. *l. 23. ff. d. R. N.* Postea vero dignitatis Imparitas Impedimento Nuptiis esse desiit. *l. 23. §. 7. & Auth. maximis. C. d. Nupt.* 2.) Præses Provinciæ Provinciali. *l. 38. ff. d. R. N. j. l. un. C. si quacunque praced. potest.* quod *hodie* non solet attendi. 3.) Tutor vel Curator quondam Pupillæ, adultæve. *l. 66. l. 59. ff. d. R. N. l. 7. C. d. interd. matrim. int. pup.* quod *hodie* redditis rationibus permittitur.

XII. *Injustæ Nuptiæ puniuntur* 1.) *Nullitate* earum. *a. l. 5. C. d. leg.* unde effectu destituuntur.

tur. *C. 52. d. R. J. 6.* (*i*) & neque Jus viri & uxoris, dotis donationisve propter nuptias, neque patriam potestatem tribuunt. §. *XII. J. h. j. L. 5.* §. 12. I. h. *ff. d. in Jus voc.* (*k*) 2.) *Dissolutione Conjunctionis*, quoties contra Jus divinum universale sunt constitutæ, ceu dictum in prohibitione Juris divini. 3.) *Coercitione*, & quidem *Jure Civili* pœna est *in incestu Juris Gentium* 1. Privatio Dignitatis f. Cinguli. 2. Exilium, cui accedit, si delinquens vilis sit, Corporis Verberatio. *Nov. 12. c. 1. j. O. c. a. 117. Incestus Juris Civilis punitur* arbitrariè. *a. l. 11.* §. *1 ff. ad L. Jul. d. Adult. j. l. 5. ff. d. pœn. Jure Saxonico Electorali, incestus punitur* in Linea Recta Consanguinitatis, in fœmina Viroque regulariter gladio. *P. 4. C. El. 22.* Affinitatis autem Fustigatione & perpetua Relegatione. *P. 4. C. El. 24.* In linea Collaterali, quoties Personæ in Consanguinitate Gradu primo vel secundo inæquali, aut in Affinitate Gradu primo æquali sivi invicem junguntur, Fustigatione cum perpetua relegatione, alias mitius. *P. 4. C. El. 22.* §. *f. it. C. 24.*

XIII. Patria Potestas constituitur 1. Nuptiis de quibus actum. 2. Legitimatione. 3. Adoptione. *Legitimatio* est, qua Liberi Naturales (hodie etiam Spurii) Legitimi efficiuntur. *a.* §. *XIII.* §. 13. I. h. *J. h. Concubinatus*, ex quo Naturales Liberi nascuntur, *Auth. licet. C. d. Natural. lib. Jure Imperii* est prohibitus sub arbitraria pœna. *R. J. d. A. 1530. t. 33. it. Sax. El. Ord. Prov. d. A. 1550. t.*

von verdächtigen und leichtfertigen Weibes-Personen.

XIV. *Legitimatio* contingit *per* 1.) *oblationem Curiæ d.* §. *XIII.* quæ *hodie* recessit ab usu. 2.) *Subsequens Matrimonium*, quando Pater Liberos suos Naturales Consentientes, Matrem eorum, concubinam suam, in Uxorem ducendo, Legitimos facit. *N. 89. c. 8. 11.* Hæc olim fiebat plerumque Intercedentibus Dotalibus Instrumentis. §. *XIII. J. h. j. l. 5. C. d. nat. lib. l. 11. C. d. repud. l. 30. ff. d. R. J. hodie* ex copula sacerdotali de Affectu conjugali constat. Atque illa tribuit retroJura naturalium & legitimorum liberorum. *Nov. 89. c. 8.* 3.) *Rescriptum Principis*, hæc est Actus, quo filii Naturales (hodie etiam Spurii) non dissentientes. *a. N. 89. c. 11. j. l. 29. C. d. Pact.* per Rescriptum Principis legitimi fiunt. *N. 89. c. 9.* Ea desiderat *Jure Civili*, ut liberi legitimi deficiant & Mater, quæ duci possit. *N. 89. c. 9.* (*l*) *Hodierno* non item. Hæc *fit Moderno Jure* Nostri Imperii *vel immediate* per Imperatorem Universaliter in Imperio, per Dominum Territorii in suo Territorio. *Mediate* per Comites Palatinos, ista efficit ex tempore legitimationis legitimos. *N. 89. c. 9.*

(*a*) *Velle non creditur, qui obsequitur Imperio Patris vel Domini. L. 4. ff. d. R. J.*

(*b*) *Pietas Parentibus, etsi inæqualis est eorum potestas, æqua debetur. L. 4. ff. d. cur. furios.*

(*c*) *Furiosi, vel ejus cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est. L. 40. ff. d. R. J.* (*d*)

(*d*) *Non consentiunt, qui errant. L. 15. ff. d. Jurisd.*

(*e*) *Nihil Consensui tam contrarium est, quam vis, atq; metus. L. 116. ff. d. R. J.*

(*f*) *Inter Consanguineos Uxoris & Viri nulla affinitas contrahitur. C. 5. X. d. Consang. & Affin.*

(*g*) *Semper in Conjunctionibus non solum quid liceat, considerandum est, sed & quid honestum sit. L. 42. ff. d. R. N.*

(*h*) *In contrahendis matrimoniis Naturale Jus & pudor inspiciendus est. L. 14. §. 2. ff. d. R.N.*

(*i*) *Quod nullum est nullum habet effectum. a. C. 52. d. R. J. 6.*

(*k*) *Pater est quem nuptiæ demonstrant. L. 5. ff. d. in jus vocand.*

(*l*) *Liberi per subsequens matrimonium legitimati æquali jure cum Liberis ab initio legitime natis utuntur. Nov. 89. c. 8.*

TIT. XI.

De Adoptionibus.

I.

POst Legitimationem agendum de *Adoptione* eaque die Auffnehmung an Kindes statt, est actus legitimus *l. 4. ff. d. adopt.* quo extranei (i. e. extra familiam existentes) tanquam liberi assumuntur in familiam, *a. PR. §. 2. J. h. L. 1. ff. h.* (*a*) *l. 10. §. 10. C. eod. j. §. 1. I. h.* illa hodie infrequens, non tamen abrogata est. Pr. I. h.

II. *Adoptio* Dividitur in *Adoptionem in Specie* &

& *Arrogationem. Adoptio in specie* sic dicta est, qua filiusfamilias auctoritate Magistratus ado-
§. 1. I. h. ptatur. §. *I. J. h.* sive sit Primi sive ulterioris Gradus, *d.* §. Atque hæc est vel *Plena*, quæ fit ab aliquo Ascendentium, & operatur Patriam Potesta-
§. 2. I. h. §. *II. J. h.* (*b*) vel *Minus Plena* quæ fit ab Extraneo, & non operatur Patriam Potestatem, sed filio tribuit Jus Succedendi ab intestato. *d.* §. *II. Arrogatio est*, qua Paterfam. Accedente Principis Rescripto, adoptatur. §. *I. J. h.* Hodie sufficit etiam Rescriptum Domini Territorii.

III. Qvando fit *Impuberis Arrogatio*, *exigitur I. in Constitutione* 1.) Cognitio justæ causæ. 2.) Cautio personæ publicæ præstanda de restituendis arrogati Bonis ab intestato eidem Successu-
§. 3. I. h. ris, si Arrogans impubes decesserit, §. *III. J. h. j. L. 206. ff. d. R. J.* (*c*) etiam *bodie. II. Dissolutione per Emancipationem* 1.) Justæ causæ cognitio. 2.) Bonorum illatorum eorumque, quorum commodum Patri Arrogatori postea acquisivit, Restitutio. Qvodsi injusta emancipatio aut Exhæredatio facta fuerit, Arrogator quartam bonorum suorum partem arrogato relinquere tenetur ex constitutione Divi Pii. *d.* §. *III. J. h. l. 8.* §. *15. ff. d. inoff. test. l. f. ff. si, quid in fraud. patron. j. L. 75. ff. d. R. J.* (*d*)

IV. *Adoptio requirit personas habiles qua adoptant, quales sunt* 1.) Plena Pubertate (sc. 18. annis) adoptandum arrogandumve præcedentes
§. 4. I. h. cum actus Judicium desideret. §. *IV. J. h.* (*e*) *l. 40.*

§. 1.

§. *1. ff. eod.* 2.) Ad Generandum Idonei actu potentiave: ut Spadones. *l. 39.* §. *1. ff. d. jur. dot.* Excluduntur itaque Castrati. §. *IX. J. h. j. Nov. Leon.* **§. 9. I. h.**
26. 3). Patriæ potestatis capaces, arcentur itaq; ab Adoptione fœminæ, his tamen adoptare permissum a Principe in Orbitatis solatium. §. *X. J. h. (f)* **§. 10. I. h.**
l. 5. C. eod. atque tum adoptatus fit filius, non Filiusfam. *d.* §. & fœminæ adoptanti ab intestato succedit.

V. *Adoptari queunt* etiam qui fiant Nepotes aut Pronepotes, *Licet* 1.) Pater adoptivus filium non habeat. §. *V. J. h.* dummodo eum per naturam habere possit. *4. l. 30. ff. h.* 2.) Alienus filius in locum Nepotis adoptetur. §. *VI. J. h.* Dummodo, cum Nepos quasi ex certo filio adoptatur, filius consentiat, ne invito suus hæres agnascatur. §. *VII. J. h. j. l. 43. ff. eod.* **§. 5. I. h.** **§. 6. I. h.** **§. 7. I. h.**

VI. In adoptionem dare potest 1.) Avus ex filio Nepotem, licet filius non consentiat. §. *VII. J. h. Hodie* id raro accidit. 2.) Pater filium, quem per Arrogationen vel plenam adoptionem talem fecit. §. *VIII. J. h.* **§. 8. I. h.**

VII. Adoptio tribuit Patriam potestatem cum est Adoptio plena. §. *2. J. h.* a Masculo facta §. *X. J. h.* Arrogatio autem etiam filios Arrogati in Potestate Arrogatoris, tanquam Nepotes, constituit, §. *XI. J. h. j. l. 40. ff. h. ceu resp. F. J. L. M. Jul. 705. ad Consult. C. C.* Meyers. **§. 11. I. h.**

VIII. *Adoptio pro Affini agnoscit ex Jure. 1. Civili* Servi 1. Adoptionem, 2. Nominationem filii

a Do-

a Domino apud Acta factam, utraque libertatem
§. 12. I. h. largitur. §. *XII. J. h. l. un. §. 10. C. d. latin. lib. toll. j. L. 12 ff. d. reb. dub.* (g) *II. Hodierno Unionem Prolium*, die Einkindschafft, quæ est conventio legitima, qua Parentes liberos diversi matrimonii, quoad Jus succedendi Parentibus, exæquant.

(*a*) *Fictio idem operatur, quod veritas. a. L. 1. ff. d. adopt.*

(*b*) *Duplex Vinculum fortius ligat quam unum. a. §. 2. I. h.*

(*c*) *Jure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem. L. 206. ff. d. R. I.*

(*d*) *Nemo potest mutare Consilium suum in alterius injuriam. L. 75. ff. d. R. I.*

(*e*) *Adoptio naturam imitatur & pro monstro est, ut major sit filius quam Pater. §. 4. J. h.*

(*f*) *Fœminæ liberos in sua potestate non habent. §. 10. I. h.*

(*g*) *Commodissimum est in ambiguis id accipi quo res, de qua agitur, magis valeat, quam pereat. L. 12. ff. d. Reb. dub.*

TIT. XII.

Quibus modis Jus Patriæ potestatis solvitur.

I.

P*Atria potestas dissolvitur* I. Morte. II. Adoptione plena. III. Emancipatione. 1.) *Morte Naturali* & Civili: naturali filii patrisve, cujus

Po-

Poteſtati filius ſubeſt, imo etiam Avi, quando in hujus poteſtate exiſtit Nepos, nec in Patris ſui poteſtatem recidit. *PR. J. b.* (*a*) *j. L. 21. ff. ad L. Jul. d. adult.* utputa ſi Pater mortuus aut ab Avo Emancipatus eſt. *Hodie* Nepotes plerumque ab initio ſunt in Poteſtate Patris ſui. *Morte Civili*, quando intercedit Capitis deminutio vel Maxima, vel Media; Media, ut Patris filiive deportatione. *§. I. J. b.* qua Reus in certum locum defertur, ut in eodem amiſſa civitate, permaneat. *l. 6. l. 15. ff. d. interdict. & releg. & deport.* *Hodie* Banno Imperii Jus Civitatis in Imperio amittitur. *Ord. Camer. Part. 2. t. 9. §. 2.* Facta a Principe *Reſtitutione Gratiæ* plena. *§. I. I. b.* tollitur deportatio, *ea* enim priſtina Jura per omnia reddit. *L. f. §. f. C. d. ſentent. paſſ.* (*c*) *In noſtro Imperio reſtituit* adverſus pœnam ex Jure particulari aut Juſtinianeo dependentem Dominus Territorii. *a. J. P. O. & M. art. 8. ceu reſp. F. J. L. Menſ. Jun. 1704.* *Maxima Capitis dem.* contingit ſervitute pœnæ. *§. III. J. b.* Qua ad ultimum ſupplicium Damnatus ſtatim & libertatem & Civitatem perdit ac pœnæ ſervus fit. *l. 29. ff. d. pœn.* Hæc ſervitus ſublata eſt per *N. XXII. c. 8.* (*d*) *Hodie* ad mortem damnati regulariter neque libertatis neque Civitatis jacturam patiuntur, adeoque ipſis etiam ſalva eſt Patria poteſtas. *a. P. 3. C. El. 6.* Fuſtigati autem & in perpetuum relegati nonnullibi jure Civitatis, in loco, quo ſunt ejecti, excidunt. *v. Nov. 18. c. 5.* (*e*)

Pr. I. h.

§. 1. I. h.

§. 3. I. h.

II. Interim *Patria potestas non solvitur:* I.) *Relegatione* Patris filiive: ista enim f. ad tempus f. in perpetuum facta. *l.* 7. §. 3. *ff. d. interd.* Jus
§. 2. I. h. Civitatis non tollit. §. *II.* *J. b.* etiam *hodie* sic pron. *F. I. L. Mens. Jan.* 703. *II.*) *Dignitate filii* e.
§. 4. I. h. g. Senatoria. *a.* §. *IV. I. b.* Clericali. *a. Auth. sed Episcopalis. C. d. Episcop. & Cler. Nov.* 81. *c.* 3. aut Doctorali. *d.* §. *IV. l.* 7. *C. d. Patr. pot. Excipitur* 1.) Summa Patriciatus Dignitas. §. *IV. J. b. j. l. f. C. d. Consul.* Huic comparari potest Consiliarii, præcipue Intimi, Officium ab Imperatore vel Statu Imperii collatum. 2.) Quævis Dignitas a Curia liberans. *N. LXXXI. c. I. (f) j. l. f. C. d. Decur.* ut Consularis. *d. c. I.* (quod olim secus erat. *b.* §. *IV.*) scilicet in Odiosis, non favorabilibus. *a. d. N. c.* 2. *j. c.* 1. *l. f. C. d. Decurion.* III.) Captivitate Patris filiive, siquidem ea facit, ut Patria Potestas sit in pen-
§. 5. I. h. denti. §. *V. I. b.* Ubi si capti ab hostibus Revertantur, etiamsi victis hostibus recuperentur, obtinet *Fictio Postliminii*, qua personæ & res ex hostium potestate reversæ Pristinum statum & jus recipiunt, ac si nunquam in potestate hostium fuissent. *a.* §. *V. I. b. l.* 16. *l.* 19. *l.* 2. §. 1. *l.* 20. §. 1. *ff d. capt. & postlim. reverf. Hodie* idem ad eos, qui ab Infidelibus capti fuerunt & reversi sunt, applicare licet. Si capti ab hostibus moriantur apud hostes, obtinet *fictio legis Corneliæ*, qua captivi censentur ipso captivitatis momento decessisse. *a.* §. *V. I. b. l.* 22. *l.* 18. *d. capt. & postlim.*

Proinde

Proinde Liberi ſtatim ſui juris effecti putantur. *d. §. V. Hodie* de Captivis, qui apud Turcas &c. vitam finiunt idem aſſerendum erit.

III. *Patria poteſtas tollitur* 1. *Morte*, de quo dictum *N. 1.* 2. *Adoptione Plena*, quæ fit conſenſu partium præſentium apud competentem Judicem, atque Poteſtatem Patriam in Patre finit & transfert in Aſcendentem, qui Adoptionem facit. *§. VIII. J. b.* id quod *Hodierno Jure* non mutatum. *a. l. 27. C. d. teſtam.* 3. *Emancipatione*, quæ eſt vel *formalis*, vel *Virtualis*. *Formalis vel Legitima ſ.* Ex *LL. XII. Tab.* & inuſitata eſt *hodie* vel *Anaſtaſiana*, qua, volente Patre, liberi conſentientes per Reſcriptum Principis apud competentem Judicem inſinuatum a Patria Poteſtate dimittuntur. *Leg 5. C. d. Emanc. lib.* Hanc nondum eſſe abrogatam. *reſp. F. I. L. Menſ. Maj. 705. ad Conſult.* S. zu S. vel *Juſtinianea*, qua voluntate Parentum liberi non diſſentientes. *a. l. 5. C. d. Eman. lib.* apud competentem Judicem a Patria poteſtate dimittuntur. *§. VI. J. b. l. f. C. d. Emanc. lib.* Hæc *neque* in Saxonia, neque in Imperio *receſſit ab Uſu*, cujus rei teſtis eſt Emancipatio in Camera Imperii facta a Comite de Lœwenſtein. A. 1587.

§. 8. I. h. §. 6. I. h.

IV. *Emancipatio Virtualis* Modo Conſuetudine vel Statutis Recepto fit. Eaq; contingit in Saxonia per 1.) Matrimonium filiæ, in Curam Mariti Legitimam concedentis. *a. pr. J. d. tut. j.* LR. *l. 1. a. 31. 45.* 2.) Oeconomiæ peculiaris Inſtituti-

onem

onem *j. l. 1. C. d. patr. pot. Nov. Leon. 25.* modo a filio filiave Majorenni facta sit. *P. 2. C. El. 10.*

VI. Emancipatio fit libero arbitrio Patris, qui 1.) potest emancipare in potestate constitutum fi-
§. 8. I. h. lium Nepotemve &c. vel utrumque §. *VIII. J. b. j. L. 21. C. mand.* (*g*) 2.) Habet in Potestate sua tam filium, quam Nepotem ex eo durante Patria Potestate (non solutâ eâdem) conceptum. *a. L. 7. §. 1. ff. d. Senat.* (*b*) licet Filius postea Emancipatus alterive in plenam adoptionem datus sit. §.
§. 9. I. h. *IX. J. b. Hodie* raro filius Matrimonio consummato est in Avi potestate, ergo infrequenter Nepos in potestate Avi nascitur. *d.* §. *f. J. d. Pat. pot.* Pater vero invitus ad Emancipationem
§. 10. I. h. cogi nequit. §. *X. J. b. j. L. 10. C. d. Donat.* (*i*)

(*a*) *Qui in potestate parentis sunt mortuo eo sui Juris fiunt. Pr. I. b.*

(*b*) *Qui in alterius potestate est, alios in eodem genere potestatis habere nequit. a. L. 21. ff. ad L. Jul. d. Adult.*

(*c*) *Plena Indulgentiæ Restitutio amissorum omnium est recuperatio. L. f. §. f. C. d. Sent. pass. & restit.*

(*d*) *Nemo ab initio bene natorum ex supplicio debet fieri servus. Nov. 22. c. 8.*

(*e*) *Sine Lege loqui erubescimus. Nov. 18. c. 5.*

(*f*) *Omnis dignitas à Curia liberare valens etiam suæ potestatis præmium honoratis præstat. N. 81. c. 1. §. 1.*

(*g*) *Suæ quisq; rei liberrimus moderator & arbiter est L. 21. C. mand.*

(*b*) *In*

(*b*) *In liberis tempus Conceptionis ſpectandum eſt, niſi favor eorum aliud poſtulat. L. 7. §. 1. ff. d. Senat. j. l. 11. C. d. nat. lib.*

(*i*) *Nemo invitus donat. L. 10. C. d. donat.*

Tit. XIII.

De Tutelis.

I.

Tutela obtinet in hominibus ſui juris in tutela conſtitutis, quibus opponuntur, qui in *cura* ſunt, aut neutro Jure tenentur. i. e. neque tutelæ, neque curæ ſubjecti ſunt. *PR. J. h.* Atque hæc *tutela* eſt vis atque poteſtas in capite libero, ſive Pupillo, ad tuendum eum, qui per ætatem ſe ipſe defendere nequit, Jure Civili data atque permiſſa. §. *I. J. h.* & incumbit Tutoribus, qui a Tuendo quaſi Tutores atque Defenſores appellantur. §. *II. J. h.* Pr. I. h. §. 1. I. h. §. 2. I. h.

II. *Tutela* dividitur in *Teſtamentariam*, *Legitimam*, & *Dativam*; *Teſtamentaria* eſt vel *Confirmata*, vel *Abſoluta*: *Confirmata* (*Juris ſc. Civilis*) eſt, quæ recte Teſtamento non conſtituta a Magiſtratu ſecundum Mentem Teſtatoris confirmata eſt. *l. 1. §. 1. ff. d. confirm. tut.* ita confirmatio Tutoris Emancipato Filio dati Teſtamento, ſine inquiſitione, fieri debet. §, *V. J. h.* Ceterum *confirmata Tutela Curave Moderni Juris Imperii* eſt, qua omnes Tutores, Curatoresve ſ. Teſtamentarii, ſ. Legitimi, ſ. Dativi, etiam ſine defectu conſtituti, Decreto Magiſtratus confir- §. 5. I. h.

mantur, antequam administrationem suscipiant. *R. J. d. A. 1577. t. 32.* §. *2. j. O. P. S. t. 45.* §. Ob auch wohl.

III. *Tutela Testamentaria Absoluta s. simplex est*, quam Parens vi Patriæ potestatis Liberis suis
§. 3. I. h. Impuberibus Testamento constituit. §. *III. J. h. l. 1. ff. d. Testam. Tut.* Ea in Nepotibus, in potestatem Patris haud recasuris, Jure Civili quoque locum habuit. *d.* §. *Jure hodierno* instituta à filio peculiari œconomia non æque *a. P. 2. C. El. 10.* Tutor hic Testamentarius constituitur quoque Posthumis, qui si vivis Parentibus nascerentur,
§. 4. I. h. sui hæredes & in potestate eorum fierent. §. *IV. J. h.* etiam *bodie a. L. 7. ff. d. Stat. hom.* (*a*)

(*a*) *Qui in Utero est, pro jam nato habetur, cum de illius commodo agitur. L. 7. ff. d. Stat. hom.*

TIT. XIV.
Qui Testamento Tutores dari possunt.

I.

T*Utela Testamentaria imponitur* ad Tutelam gerendam *habilibus* sive 1.) Sint Patres s. Filiifam. *PR. J. h.* nam Tutela est Munus
Pr. I. h. Publicum *Pr. J. d. Excus. j. L. 9. ff. d. his qui sui vel alieni juris*, (*a*) sive 2.) Liberi sint, sive fiant: ut servis propriis, à Domino data libertate unà
§. 1. I. h. cum Tutela Expresse taciteve. §. *I. J. h. l. 9. C. d. fideic. hær. j. l. 43. d. manum. testam.* vel Alienis Conditione, cum liberi erunt, Testamento expressa,

pressa, §.*I. J. b.* vel subintellecta. *d.* §. *a. l. 10.* §. *f. ff. d. Testam. tut.* quæ conditio Servo proprio inutiliter adjicitur. *d.* §. *j. l. 21. l. 22. ff. d. cond. Inst.* 3.) tales sint ab initio s. ex Postfacto: ut furiosi si compotes mentis, vel Minoribus, si Majores facti fuerint. §. *II. J. b.* 4.) Pure, s. sub conditione, sive ex certo tempore, s. ad certum tempus. §. *III. J. b.* 5.) Post sive ante hæredis institutionem. §. *III. J. b.* §. *34. J. d. leg.* §. 2. I. h. §. 3. I. h.

II. Tutela Testamentaria *versatur circa Personam* Pupilli principaliter, circa bona minus Principaliter, Cura vero Rei Primario constituitur. §. *IV. J. b.* (*b*) Secundario Personæ. *a. l. 8. C. d. nupt. l. 3. C. d. in integr. rest.* Personæ datur Tutor Rei Curator, etiam *hodie* regulariter. At vocabulum Germ. Vormund, Tutorem & Curatorem exprimit. §. 4. I. h.

III. *Tutela Testamentaria explicatur*, quando datus est Tutor 1.) Filiis, etiam de Filiabus. §. *V. I. b. L. 62. ff. d. leg. 3.* (*c*) *l. 195. ff. d. V. S.* Posthumisque, non Nepotibus. §. *V. I. b.* (*d*) 2.) Liberis, de Nepotibus quoque. §. *V. I. b. l. 220. ff. d. V. S.* 3.) Posthumis, non tantum de filiis Posthumis, sed etiam cæteris liberis. §. *V. I. b. l. 6. ff. d. Testam. tut.* §. 5. I. h.

(*a*) *Filiusfamilias in publicis causis pro Patrefam. habetur. L. 9. ff. d. his qui sui vel. al. jur.*

(*b*) *Personæ non rei vel causæ tutor datur.* §. *4. I. b.*

(*c*) *Masculinus Sexus etiam fœmininum sub se continet. L. 62. ff. d. leg. 3.*

(*d*) *Aliter filii, aliter nepotes appellantur.* §. *5. I. b.*

TIT. XV.
De Legitima Agnatorum Tutela.

I.

Tutela *Legitima* est, quæ immediate à lege defertur. *l.1. l.5. ff. d. leg. tut.* Eaque dividitur in *Extraordinariam* f. *Maternam*, & *Ordinariam*. *Extraordinaria* f. *Materna* deficiente testamentaria a lege datur volenti Matri, aut Aviæ, & futuris Nuptiis, SCto Vellejano ac reliquis mulierum beneficiis renuncianti, *N.118. c.5. N.94. c.2.* sine Jurejurando. *N.94. c.2. Ordinaria* deficiente Testamentaria *j. C. S. J. P. D. 2. th. 17.* Masculis iisque proximis Pupilli successoribus defertur. *l.1. ff. h. j. L. 73. ff. d.R.J.(a)*

II. *Tutela Legitima ordinaria est* vel *Agnatorum*, vel *Patronorum*, vel *Parentum: Agnatorum* 1.) *est*, quæ ex LL. XII. Tabb. proximis A-
Pr. I. h. gnatis defertur. *PR. I. h.* Jure Novellarum Legitima Tutela Cognatis Agnatisque proximioribus defertur æqualiter, *N. 118. c. 4 5.* quod plerisque in locis attenditur. Verum *Jus Saxonicum* Agnatos Cognatis præfert. LR. *l. 1. a. 23.* Weichb. *a. 49.* Hæc 2.) *injungitur Agnatis* (Jure Novellarum etiam Cognatis. *N. 118. c.5.*) *Agnati* autem *sunt Jure Civili* Cognati per lineæ paternæ personam masculini Sexus, minimam capitis deminutionem haud passam, juncti. §. *I.*
§. 1.3.I.h. *& III. J. h. j. L. 100. ff. d. R. J. (b) Jure Saxonico* sunt *Agnati*, Schwerd-Magen, per lineæ pater-

næ,

næ perſonam Maſculini ſexus juncti iisdemque Inſignibus utentes, die einen Helm und Schild führen. Hi ſuo jure agnationis per emancipationem, aut œconomiæ ſpecialis Inſtitutionem, haud excidunt. *a.* LR. *l.1.a.23.* 3.) *Requirit* Tutela legitima, ut defunctus deceſſerit quoad Tutelam inteſtatus. §. *II. J. h. j. L. 11. ff. d. Teſtam. Tut.* (*c*) §. 2. I. h.

(*a*) *Quo hæreditas eo etiam tutela pervenit, niſi cum fœminæ hæredes intercedunt. L. 83. ff. d. R. I.*

(*b*) *Omnia quæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt. L. 100. ff. d. R. I.*

(*c*) *Quamdiu Teſtamentaria tutela ſperatur, legitima ceſſat. L. 11. ff. d. Teſtam. Tut.*

Tit. XVI.

De Capitis Deminutione.

I.

Tutela Agnatorum diſſolvitur, per quamlibet Capitis deminutionem. *Capitis Deminutio* autem eſt prioris ſtatus mutatio. *PR. I. h.* Pr. I. h. & diſpeſcitur in 1.) *Maximam*, qua Libertas, Civitas, & familia amittitur. §. *I. J. h. l. 11. ff. d. cap. min.* §. 3. I. h. e. g. ſervitute pœnæ olim, *h.* §. *N. 22. c. 8.* de Chriſtianis per Turcas captis actum t. 3. 2.) *Mediam*, qua libertas retinetur, ſed Civitas & familia amittitur. §. *II. J. h.* quomodo ea in Imperio noſtro per Bannum Imperii. *O. C. P. 2. t. 9.* §. 2. I. h. §. 2. & in Provinciis ejusdem fuſtigatione & perpetua Relegatione accidat ad §. *I. & III. J. quib. mod. Patr. poteſt. ſolv.* dictum. 3.) *Mini-*

mam, qua & libertas & Civitas retinetur, sed familia tantum mutatur. §. *III. J. h. l. f. ff. eod.* e. g. Arrogatione & Emancipatione *d.* §. etiam *hodie.*

§. 3. I. h.

II. *Capitis Deminutio versatur* circa statum Libertatis, Civitatis, aut familiæ, quem cum non habeat servus, per Manumissionem capite non minuitur. §. *IV. I. h. j. l. 3. §. f. ff. eod.* (*a*) & cum statum non amittat, qui dignitate e. g. Senatu movetur, capite haud minuitur. §. *V. J. h. l. 3. ff. d. Senat.*

§. 4. I. h.

§. 5. I. h.

III. *Capitis deminutio facit*, quoties ea est minima, ut Jus Agnationis, non Cognationis, pereat. §. *VI. J. h. j. §. III. J. d. leg. agn. tut.* (*b*) at per Maximam Mediamve etiam Cognatio interit, quoad Effectus Civiles. §. *VI. J. h.* non Naturales. *a. l. 8. ff. d. R. J.* (*c*) §. *10. J. d. nupt.*

§. 6. I. h.

IV. *Tutela Legitima Agnatorum* 1. ordinis, *defertur Agnatis* (Jure Novellarum Cognatis æque) scilicet existentibus in Gradu 1.) Diverso, ita ut Proximior excludat Remotiorem. §. *VII. I. h.* 2.) Eodem omnibus, *d.* §. ex iis tamen. *v. N. 118. c. 5.* unus vel plures, qui administrent, Autoritate Magistratus eliguntur, Periculo Tutelæ omnibus imminente *d. c. Hodie* ad non Confirmatos Periculum Tutelæ haud pertinet. *d. R. J. d. A. 1577. t. 32. §. 2. Jure Sax.* Agnati Cognatos excludunt, ceu *resp. F. J. L. Mens. Jan. 705.* & inter plures Agnatos Senior reliquis præfertur. LR. *l. 1. art. 23.* Weichb. *a. 49.*

§. 7. I. h.

TIT.

(*a*) *Nemo id Jus, quod non habet, amittere potest. a. L.3. §.f.ff. d. Cap. Min.*

(*b*) *Civilis Ratio Civilia quidem Jura corrumpere potest, Naturalia verò non utique. §. III. J. d. leg. agn. tut.*

(*c*) *Jura Sanguinis nullo Jure Civili dirimi possunt. L. 8. ff. d. R. I.*

TIT. XVII.
De Legitima Patronorum Tutela.

I.

T*Utela Legitima Patronorum*, ob Commodum Successionis, *a. L. 6. §. ff. d.V.S.* (*a*) Patronis eorumque liberis in Libertos Impuberes defertur. §. *Un. J. h.* (*b*) Ea non nisi ad Mancipia Turcica àDominis Manumissa applicari potest. Cæterum ex argumento hujus §. successori plerumque (excipiuntur fœminæ *L. f. ff. d.* (*c*)*tut.*) Tutelam imponentis 1.) Deficientibus Agnatis Domino Fœudi, Tutelam injungunt. *a. 1. f. 24.* 2.) In Saxonia ad eos, qui simultaneam feudi Investituram habent, Tutela devolvitur. §.Un.I.h.

(*a*) *Verbum ex Legibus sic accipiendum est : tàm ex legum sententia, quàm ex verbis. L. 6. §. 1. ff. d. V. S.*

(*b*) *Fœminæ Tutores dari non possunt, quia id munus masculorum est. L. f. ff. d. tutel.*

(*c*) *Plerumque ubi Successionis est emolumentum, ibi & Tutelæ onus esse debet. §. Un. I. h.*

 TIT.

Tit. XVIII.

De Legitima Parentum Tutela.

I.

T*Utela legitima Parentum* Patri ad Exemplum Patroni in Liberos Impuberes ab ipso
§.Un.I.h. Emancipatos defertur. §. *Un. J. h.* ea *Hodie* videtur recessisse ab usu, *a. N. 118. c. 2. 4. 5.* LR. *l. 1. a. 23.* Pro Affini agnoscit *Administrationem Patri Jure Patriæ Potestatis* (in Väterlicher Gewalt,) *competentem. l. 1. C. d. bon. mat. l. 6. C. d. bon. quæ lib. & Tutelam Fiduciariam ; illa est :* vi cujus pater citra confirmationem Magistratus & obligationem ad inventarium conficiendum rationesque reddendas. *l. 8.* §. *4. C. d. bon. quæ lib. j. Dec. El. 21.* bona Liberorum Adventitia administrat, agit excipitque.

Tit. XIX.

De Fiduciaria Tutela.

I.

T*Utela Fiduciaria* ob singularem fiduciam cognatis certis (non eorum liberis) defer-
§.Un.I.h. tur. §. *Un. J. h.* & Jure Novellarum *N. 118. c. 4. 5.* Saxonicoque usu destituitur. *a.* LR. *l. 1. a. 23.*

Tit. XX.

De Attiliano Tutore & eo, qui ex Lege Julia & Titia dabatur.

I.

T*Utela Dativa* deficiente Testamentaria & legi-

gitima a Magistratu, Imploratò vel ex officio defertur, *PR. J.b. l.6. C. qui dar. tut. vel cur.* Pr. I. h.

II. *Hac Tutela constituebatur Jure Civili* veteri in Urbe à Prætore & majore parte Tribunorum Plebis, ex Lege Attilia; in Provinciis à Præsidibus Provinciarum ex lege Julia & Titia. *PR. J. h.* Etiam quando Tutor 1.) Testamentarius nondum Tutor factus §. *I. J. h.* 2.) ab hostibus §. 1. I. h. captus erat. §. *II. J. b. Hodie* temporarius quoque Tutor constitui potest, e. g. Ob periculum in Mora Curatorem ad litem tunc constitui permittit. *Dec. 41.* Hoc Jus vetus desiit. §. *III. J. b.* §. 2. I. h. §. 3. I. h.

III. *Jure Civili Novo* dabatur Tutor in Civitate à Præfecto Urbi. *l. 45. §. 3. ff. d. Excus.* vel Prætore secundum suam Jurisdictionem. §. *IV. J. b. j. l. un. C. ubi pet. tut.* Etiam *hodie* non alius Pupillo, quam qui Jurisdictioni dantis subest, *l. f. ff. d. Jurisd.* (*a*) datur Tutor. In Provincia à Præsidibus cum Inquisitione. §. *IV. J. b.* à Municipalibus Magistratibus, cum Pupilli non habebant ultra 500. solidos. §. *V. J. b. l. 30. C. d. Episc. aud. Hodie* Quantitas Patrimonii non solet attendi, *R. J. d. A. 1577. t. 32. §. 3.* §. 4. I. h. §. 5. I. h.

IV. *Tutela dativa Jure hodierno constituitur* Pupillo, qui Imperio subest immediate, à Camera Imperii. *a. O. C. P. 2. t. 3.* vel Judicio Aulico, R. H. R. O. *t. 2. §.* so wollen. Mediate à Judice ordinario (in *Schriffts assiis* apud nos à Principe) licet inferiorem tantum Jurisdictionem habeat, *R. J. d. A. 1577. t. 32.* Cæterum *solet Magistra-*

gistratus à Tutoribus it. Curatoribus exigere 1.) *Juramentum*, quo Tutores (Curatores) fidelem diligentemque Gestionem Tutelæ (*Curæ*) promittunt. *a. l. 27. C. d. Episc. aud. N. 72. c. 8. d. R. J.* §. *3. Consuetudo Saxoniæ* autem illius vice Admonitionem de Juramento, quod Magistratui præstiterunt, aut saltem Promissionem an Eydesstatt, plerisque in locis, recepit. 2.) *Satisdationem* rem pupilli (vel Adolescentis) salvam fore, qua Tutores, (vel Curatores) adhibitis Fidejussoribus indemnitati Pupillorum (minorumve) cavent. v. *pr. J. d. satisdat. tut. d. R. J. t. 32.* §. *3. Hæc* satisdatio *apud nos* infrequenter desideratur. 3.) *Impetrationem Decreti* Confirmationis. *d. R. J.* 4.) *Inventarii Confectionem. l. 7. ff. d. Tut. d. R. J. d.* §. *3.* quo non confecto specificationi juratæ locus est. *a. l. f.* §. *10. C. d. jur. delib.*

V. Tutela Testamentaria, Legitima & Dativa, obligat ex *Quasi Contractu Administrationis Tutelæ*, quo Tutor Pupillo ad fidelem Defensionem & Administrationem, ac Pupillus Tutori ad Indemnitatem obstringitur. §. *II. J. d. obl. quæ quas. ex contr.* Hinc descendit *Actio Tutelæ* 1.) Directa; 2.) Contraria utraque utiliter ad Curam applicari potest. *a. l. 14. C. d. admin. tut. l. 1.* §. *2. ff. d. contr. tut. Aut. act. v.* §. *2. I. d. oblig. quæ quas. ex Contr. nasc.*

VI. *Tutela intendit* 1.) *Pupillorum Defensionem principaliter.* §. *VI. J. h.* (*b*) 2.) Admini- §. 6. I. h.

stra-

ſtrationem bonorum Pupillorum minus principaliter, unde *reddendæ ſunt* ab omnibus Tutoribus *Rationes*. *a*. §. *VII. J. h. l. 5. §. 7. ff. d. admin. tut. P. 2. C. El. 11. r. Temporis*, finita Tutela. §. *VII. J. h.* id quod apud *Saxones* etiam in Tutore, qui ſimul proximus Pupilli hæres eſt, obtinet, LR. *l. 1. a. 23.* alias quotannis rationes reddendæ ſunt à Tutoribus etiam haud requiſitis. *R. J. d. A. 1577. t. 32. §. 3. P. 2. C. El. 11. r. Loci*, in Loco adminiſtratæ Tutelæ. *l. 1. l. 2. ubi d. ratiocin. Dec. El. 36.* §. 7. I. h.

(*a*) *Extra Territorium Imperanti impune non paretur. L. f. ff. d. Jurisd.*

(*b*) *Tutela Naturali Juri conveniens eſt: ut is, qui perfectæ ætatis non eſt, alterius Tutela regatur.* §. *VI. J. h.*

Tit. XXI.
De Auctoritate Tutorum.

I.

Tutorum *Auctoritas* (Vollwort) Eſt expreſſa & pura. *l. 8. ff. h. j. L. 77. ff. d. R. J.* (*a*) a Tutore præſente in ipſo negotio facta Approbatio ejus, quod Pupillus cum alio gerit. *l. 9. §. 5. l. 14. ff. h.* Ea *hodie infreqvens eſt*, cum plerumque Tutores adminiſtrent ſ. ſoli negotia pupillaria tractent.

II. *Auctoritas Tutorum requirit* 1.) *Negotium, ex quo Pupillus obligatur*, (Acquirere enim obligationem poteſt. *PR. J. h.* (*b*) *j. L. 19. ff. d. R. J.*)(*c*) Pr. I. h.
ſive

ſive Extrajudiciale, quamvis tantum periculo-
§. 1. I. h. ſum : ut hæreditatis agnitionem *§. I. J. h. j. l. 4. ff. ad SCt. Treb.* Petitionem bonorum Poſſeſſionis. *d. §. I. J. h. j. l. f. C. qui admitt. ad. bon. poſſeſſ.* ſive Judiciale. *l. 1. C. qui perſon. legit. ſtand.* quodſi vero Pupillo controverſia ſit cum Tuto-
§. 3. I. h. re, Curator ad litem ei conſtituendus eſt. *§. III. J. h.* (*d*) etiam *hodie. Dec. El. 35.* N. 72. c. 2. 2.) *Interpoſitionem Autoritatis factam ſtatim a Præſente* in ipſo negotio, non poſt tempus, aut per
§. 2. I. h. Epiſtolam, Nunciumve. *§. II. J. h.* interim quia *P. 2. C. El. 15.* requirit Vorwiſſen & Curator Conſilium, absque onere adminiſtrationis, ſuppeditat, non præciſe curatoris præſentiam in contractu mulieris requiri. *reſp. F. J. L. M. Jul. 702.*

(*a*) *Actus Legitimi in totum vitiantur per Temporis vel Conditionis adjectionem. L. 77. ff. d. R. J.*

(*b*) *Placuit meliorem quidem Conditionem licere Pupillis facere etiam ſine Tutoris auctoritate : deteriorem verò non aliter, quam cum Tutoris auctoritate. Pr. I. h.*

(*c*) *Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet non ignarus conditionis ejus. L. 19. ff. d. R. J.*

(*d*) *Tutor in rem ſuam Auctor eſſe non poteſt. §. III. J. h.*

TIT. XXII.

Quibus modis Tutela finitur.

I.

Tutela *finitur Modis* vel 1. *Communibus.* vel 2. *Pro-*

2. *Propriis: Communes* modi contingunt vel ex persona Pupilli, vel Tutoris. *Ex persona Pupilli.* 1. *Pubertate Minus plena*, quæ est in Masculo anno 14. in fœminis 12. completo. *PR. J. h.* (*a*) & attenditur quoque *Moribus Germanorum* nonnullis locis. *j.* LR. *c.26.* Non pubertate demum *plena*. §. 4. *J. d. Adopt.* Hæc *contingit* 18. anno completo. *d.* §. *l. 40.* §. *1. ff. d. Adoption.* in masculis & fœminis. *a. O. C. a. 164. j. l. 8. ff. d. Publ. in rem act.* In Criminalibus causis vero est terminus Pubertatis 14. scilicet annus completus, in utroque sexu. *O. C. a. 164.* 2. *Morte Pupilli* Naturali. §. *III. J. h.* & quavis Capitis deminutione. §. *1.* §. *IV. J. h. hodieque.* Pr. I. h. §. 3. I. h. §. 1. I. h.

II. Tutela finitur *ex persona Tutoris ipso jure* morte illius naturali. §. *III. J. h.* & capitis deminutione Maxima Mediaque. §. *IV. J. h. officio Judicis:* ut Excusatione. *l. 30. ff. d. Excus.* vel suspecti Remotione. §. *IV. J. h.* § 4. I. h.

III. Tutela finitur *Modis propriis Tutelæ* 1.) *Testamentariæ*: ut 1.) Conditionis eventu, id quam datus est Tutor. §. *II. J. h.* 2.) Temporis certi lapsu, ad quod constitutus est Tutor. §. *V. J. h. j. l. 6.* §. *ff. d. tutel.* non conventione. Interim temporis & conditionis Eventus finiet quoque officium Temperarii Tutoris Dativi. 2.) *Legitimæ* ubi solvitur Tutela ordinaria Agnatorum Minima capitis deminutione Tutoris. §. 2. I. h. §. 5. I. h.

IV. Id quod apud Saxones per Tutoris arrogationem accidet. *v.* §. *3. J. d. cap. decim.* at

Ex-

Extraordinaria, nempe Materna Tutela, finitur per novas nuptias *N. XCIV. c. 2.* (*b*) Observantia teste.

(*a*) *Pupilli pupillæq;, cum puberes esse cœperint, à Tutela liberantur. Pr. I. h.*

(*b*) *Mater, quæ novas contrahit Nuptias, repente expelli debet à Tutela liberorum. N. XCIV. c. 2.*

TIT. XXIII.
De Curatoribus.

I.

CUra *generaliter accepta* est Potestas in Negotia consentiendi, item administrandi, publica Autoritate concessa. Hæc *dividitur in Extraordinariam* & *Ordinariam*. *Extraordinaria* fœminis, ob Sexus imbecillitatem, consulit. *P. 2. C. El. 15. O. P. S. t. 8.* & *dispescitur in Legitimam*, die Eheliche Vormundschafft, estque facultas administrandi bona Uxoris, & in illius gesta consentiendi, Marito per Thori Conjugalis ingressum quæsita. LR. *l. 1. a. 31. 45. P. 2. C. El. 15. Dec. El. 24.* atque *Confirmatam*, die bestätigte Vormundschafft, & est Potestas a Magistratu competente concessa in omnia vel certa Mulieris Negotia consentiendi, ad validitatem iis conciliandam. *d. C. El. d. Dec.*

II. *Cura Ordinaria* est Potestas Administrandi bona ejus, qui rebus suis præesse nequit. *Hodie* omnes Curatores confirmandi sunt juxta *R. J. d. A. 1577. t. 32. § 2.* Cura hæc constituitur

a Ma-

a Magistratibus iisdem, qui constituunt Tutores §. *I. I. h.* etiam *bodie*, & ad certum litem quoque in judicio, in quo causa pendat. *Dec. El. 59.* Testamento autem Curator dari non debet regulariter Jur. Civ. *d.* §. *Hodie* recte eum etiam Testamento constitui patet ex *R. J. d. A. 1577. t. 32.* §. *1. 2. verb.* Vormunde und Vorsteher. §. 1. I. h.

III. *Curator datur ob defectum Naturalem* Ordinariumque *Minoribus* Jure Civili usque ad 25. Annum f. sint Masculi sive fœminæ. *PR. J. h.* Jure Saxonico usque ad 21. completum. Lehn-Recht *c. 26.* Electores annis 18. finitis Majoribus accensentur. *A. B. c. 7.* §. *4.* at Jur. Civ. Minoribus non invitis, præterquam in litem. §. *II.* *J. h. j. l. 2. C. qui legit. pers. stand. Hodie* indistincte Minoribus, etiam invitis, Curatores constituuntur. *R. J. d. A. 1577. t. 32.* §. *1.* Pr. I. h. §. 2. I. h.

IV. Constitutur Curator *ob defectum accidentalem* 1.) *Prodigis* declaratis. *a. l. 10. l. 16.* §. *1. ff. d. cur. fur.* item furiosis, nec non ἀνοήτοις dementibus f. cæcitate mentis continua, sed quieta, laborantibus. *a. l. 9. C. d. impub. & al. subst. l. 2. C. d. Curat furios.* His ex Lege XII. Tabb. Agnati sunt legitimi Curatores, quibus deficientibus in subsidium a Magistratu Curator datur. §. *III. J. h.* etiam hodie *a. R. J. d. A. 1577. t. 32.* *Dec. El. 41.* maxime apud *Saxones. a.* LR. *l. 1. a. 23.* Jure Novellarum vero Agnati Cognatis sunt exæquati. *a. N. 118. c. 4. 5.* 2.) *Mente captis.* i. e. h. l. in confinio furoris & sanæ mentis hærentibus. §. 3. I. h.

Blöden.

Blöden. *a. l. 6. C. d. Cur. fur. j. l. 3. C. d. Testam. Surdis & Mutis, item perpetuo morbo laborantibus.* e. g. Melancholicis, quatenus rebus suis su-
§. 4. I. h. peresse non possunt, a Magistratu. §. *IV. J. h. j. l. 65. §. 3. ff. ad Sct. Treb. l. 48. ff. d. O. & A.* 3.) *Pupillis, quibus non satis Prospectum per Tutores* Legitimos Testamentarios Dativosve minus idoneos, at sine fraude administrantes, vel ad tem-
§. 5. I. h. pus se excusantes. §. *V. J. h.* (*a*) *Hodie* idem obtinere puto *Dec. El. 41. 35.*

V. Cura id commune habet cum Tutela, quod & *Tutor & Curator*, valetudine vel necessitate impeditus in Administratione, unà cum Pupillo vel Minore Procuratorem, *solus* vero *Actorem* tantum *constituit*, periculo ejus Causas Pupillares Minorumve tractantem, accedente Præ-
§. 6. I. h. toris vel Præsidis Provinciæ decreto. §. *VI. J. h. l. 11. C. d. Procur. Jure Sax. El.* talis Actor per Actorium ab omnibus (si plures sint Tutores vel Curatores) subscriptum subsignatumque sit. *O. P. S. t. 9 § 1.* cui, si Mater tutrix sit, ejusdem subscriptio adjici debet. (*Decretum* autem *Confirmationis*, apud nos moribus haud exigitur, ceu observantia docet.)

(*a*) *Habenti tutorem tutor dari non potest.* §. *V. I. h.*

TIT.

Tit. XXIV.

De satisdationibus Tutorum vel Curatorum.

I.

TUtelæ & Curæ communis est 1. Satisdatio. 2. Excusatio, 3. Suspecti postulatio. *Satisdatio rem pupilli salvam fore*, est qua Tutores Legitimi & Dati sine inquisitione Pupillis, vel Curatores Minoribus, Fidejussoribus cavent. *l. 4. §. 1. ff. rem. pup. salv.* de ita administranda Tutela Curave, ut per eos res pupillorum, Minorumve non capiat detrimentum. *PR. J. h.* Jure Imperii cautio idonea. (genugsame Caution und Versicherung) ab omnibus Tutoribus & Curatoribus s. Testamentariis, s. Legitimis. s. Dativis, exigitur. *R. J. d. A. 1577. t. 32. §. 2. 3.* sed *Usus* locorum varius est & in expressa tacitave bonorum hypotheca non raro acquiescit. *In Saxonia* Tutor, qui proximus est Pupilli hæres, a satisdatione liberatur per LR. *l. 1. a. 23.* idemque in reliquis Tutoribus observari solet. Pr. I. h.

II. Hæc *satisdatio non imponitur Tutoribus Testamento vel ex inquisitione datis* quia eorum fides & diligentia approbata est a Testatore, vel Magistratu *PR. J. h.* nisi numero plures sint & unus ex his satis offerat; Tum enim Electio datur Contutori Concuratorive, utrum velit satis accipere & satisdanti administrationem permittere, an satisdare & administrare. *§. 1. J. h. j. l. 17.* §. 1. I. h.

E   *ff.*

ff. d. Testam. tut. etiam *hodie.* Quod si nemo satis offerat, si Testator adscripsit quis gerat, ille gerere debet. *d.* §. *1.* si Testator non adscripsit quis gerere debeat, aut plures sunt Tutores ex inquisitione dati, administrare tenetur à majore parte Tutorum Electus. *d.* §. *1. a. L. 160.* §. *1. ff. d. R. J.* (*a*) Cum Tutores Curatoresve dissentiunt, qui decreto Prætoris determinatus fuerit. *d.* §.

III. *Satisdationem exigere debet* Magistratus
§. 4. I. h. Minor, non Major. §. *IV. I. h. Hodie* exactio cautionis cuivis Magistratui Tutorem Curatoremve danti Imposita. *R. J. d. A. 1577. t. 32.* §. *3.* Alias conveniri potest *Actione subsidiaria de Magistratibus conveniendis*, quæ est civilis, personalis, & competit læsis, qui in Tutela vel cura fuerunt eorumque hæredibus *l. 1.* §. *4. ff. d. Magistr. conv.* adversus Magistratus (Minores J. Civ. *l. 5. C. eod.*) qui dolo vel culpa aut nullos. *l. 1.* §. *6. ff. eod.* aut minus idoneos Tutores constituerunt, aut fidejussores nullos aut minus idoneos exegerunt eorumque hæredes. *l. 3. C. l. 6. ff. eod.*
§. 2. I. h. §. *II. J. h.* ad omne damnum resarciendum. *l. 1.* §. *6. l. 5. ff. d. Mag. conv. Hodie* ista actio adversus omnes Magistratus locum habet. *d. R. J.* §. *3. fac. Dec. El. 41.*

IV. *Satisdationem licet extorquere* ab invitis
§. 3. I. h. per pignorum captionem. §. *III. J. h. Hodie*, ubi satisdationis obtinet necessitas, etiam aliis receptis cogendi modis: ut Mulcta, Carcere, &c. uti licebit. *a. l. 9. ff. d. mun.*

(*a*)

(*a*) *Refertur ad universos, quod publice fit per majorem partem. L. 160. §. 1. ff. d. R. J.*

TIT. XXV.
De Excusationibus Tutorum vel Curatorum.

I.

EXcusatio Tutoris aut Curatoris consistit in allegatione justæ causæ, ob quam quis petit se ab onere Tutelæ vel Curæ liberari.

II. *A Causis Excusatoriis differunt* 1.) *Causæ probibitoriæ*, eæque attendendæ sunt, licet non allegentur. §. 13. *J. b.* (*a*) Ita *probibetur* Jur. Civ. §. 13. I. h.
1.) *Minor* ad Tutelam quamvis Curamve accedere. §. *XIII. J. b. j.* §. 2. *J. qui Testam. tut.* 2.) *Miles actu militans*. §. *XIV J. b. l. 4. C. qui dar. tut. j. l. 31.* §. 14. I. h.
C. loc. Milites *bodie* excusationem mereri non ambigo idemque de Clericis apud Evangelicos assero. 3.) *Maritus* Uxori Curator dari. *l. 2. C. Qui dar. Tut. vel Cur.* & datus excusatione uti potest, licet se immisceat, §. *XIX. I. b. j. l. 17.* §. §. 19. I. h.
5. *ff. b. Jure Saxonico* Maritus Uxoris Curator non tantum ratione sexus. LR. *l. 1. a. 31. 45. Dec. El. 24.* sed etiam ætatis esse potest. *a.* LR. *l. 1. a. 42.* 2.) *Causæ onus administrationis minuentes*, sic Tutor quidem universo Patrimonio datus censetur, §. *XVII. J. b.* (itaque constitutus in loco §. 17. I. h.
domicilii bona alibi sita administrare tenetur, ceu visum *F. I. L. Mens. Jan. 700.*) Situs tamen Patrimonii, quatenus est in diversa Provincia, Ex-

cusationem Tutori præbet. *l. 21. §. 2. ff. h.* efficitque ut in illa Provincia Constituatur Tutor. *l. 15. ff. d. Testam. tut. hodie* idem regulariter observandum.

III. *Causa Excusationis debet esse vera & justa* nam allegatio 1) *falsa*, licet admissa, non liberat.
§. 20. I. h. §. *XX. J. h. j. l. 1. §. 1. ff. d. dol. mal. & met. exc.* (*b*) & periculum Administrationis ad excusatum, ex quo datus est, devolvit. *l. 1. C. si Tutor vel. cur. fals. alleg.* Cons. *Res. Grav. El. d. A. 1609. gr. 8. C. 5. p. 582.* 2.) *Illegitima*, ut si quis ignotum se Patri
§. 10. I. h. Matrique Pupilli esse dixerit, nihil prodest. §. *X. J. h. j. Pr. J. h. l. 214. ff. d. V. S.* (*c*).

IV. *A Tutela & Cura excusat* 1. *Numerus liberorum* 3. Romæ, 4. in Italia, 5. in Provinciis
Pr. I. h. *PR. J. h.* (*d*) *j. L. 7. §. 3. ff. bon. damn.* (*e*) *Hodie* Numerus *Quinquenarius* plerisque in locis sufficit. Ubi computantur Liberi veri etiam 1.) Emancipati *d. PR.* 2.) Nepotes ex filio mortuo, apud Avum Patris locum supplentes. *d. PR. l. 2. §. 7. ff. h.* 3.) in Acie mortui. *PR. I. h.* (*f*) *l. 18. ff. h.*
§. 1. I. h. II. *Administratio Fisci.* §. *I. J. h. Hodie* liberantur Rent-Cammer-Meister. III. *Absentia Reip. Causa*, quæ à suscipienda Tutela vel Cura intra
§. 2. I. h. annum, à suscepta tempore absentiæ, Vacationem præbet, & interea Curator datur, §. *II. J. h.* quod recte ad Legatos Principum applicatur. *j. Auth. Res qua C. commun. d. leg.* (*g*) IV. *Magi-*
§. 3. I. h. *stratus Major.* s. cum is Potestatem habet. §. *III. I. h.* item Municipalis. *l. 1. §. 16. ff. h. hodie* omnes

Ma-

Magistratus excusat onere fruuntur, non tamen à suscepta Tutela cu ave Magistratus liberat. *d.* §. *III. l. 17.* §. *5. ff. b. j. L. 85.* §. *1. ff. d. R. J.* (b) *V. Controversia cum Pupillo vel Adulto de omnibus bonis vel majore eorum parte.* §. *IV. I. b. l 21. ff. b.* §. 4. I. h.
Jure Novellarum per *N. 72. c. 1. 2. 3.* ex hac causa Tutelam Curam que prohiberi visum, ut *Jure Saxonico Electorali* Arbitrio Judicis relinquitur, utrum is se excusantem liberare, an vero, dato ad litem Curatore, eundem constituere malit. *Dec. El. 35.* VI. *Triplex Onus Tutela Curave non affectatæ.* §. *V. J. b. j. L. 203. ff. d. R. J.* (i) ita ut §. 5. I. h.
Muneris Gravitas spectetur. *l 31.* §. *f. ff. b.* & numeretur diversitas Patrimoniorum, non Pupillorum. *d.* §. *V.* VII. Paupertas imparem oneri Tutelæ Curæve reddens. §. *VI. J. b.* De qua §. 6. I. h.
arbitrabitur Judex. *a. L. 1.* §. *f. ff. d. Jur. del.* (k) VIII. *Adversa Valetudo*, propter quam ne suis quidem Negotiis quis superesse potest. §. *VII.* §. 7. I. h.
J. b. j L. 14. ff. d. Off. Præf. C. 5. X. d. Cler. ægrot. (l) & quidem, prout valetudo est, vel in perpetuum, vel ad tempus. *l. 12. ff. b.* ista excusatio à cœpta Tutela & suscipienda liberat. *l. 11. ff. eod.* IX. *Ignorantia Literarum* cum Imperitia rerum conjuncta. §. *VIII. J. b. l. 6.* § *f. ff. eod.* X. *Datio* à Patre Pupillorum Testamento *propter Inimicitias*, facta. §. *IX. J. b. l. 6.* §. *17 ff. b.* Qui pro- §. 8. I. h.
misit è contrario se administraturum Tutelam &c. Patri Pupillorum, non excusatur. *d.* §. §. 9. I. h.
l. 15. §. *1. ff. b.* XI. *Inimicitia Capitalis*, si reconcilia-

 cilia-

ciliatio non intervenit, cum Patre pupillorum
§.11.I.h. vel adultorum exercita. §. *XI. J. b.* nec non controversia status. *L.209.ff.d.R.J.*(*m*) illi, qui Tutor esse debet, à Patre Pupillorum mota. §.
§.12.I.h. *XII.J.b.* Idem *bodie* applicant ad Status affinia, ut Nobilitatem. XII. *Ætas major 70. annis.* §.
§.13.I.h. *XIII. J. b. j. l. 2. ff. b.* apud *Saxones* quoque.
§.15.I.h. XIII. *Professio cujuslibet facultatis.* §. *XV. J. b. j. l. 6.* §. *2. ff. b. a. l. 6. C. d. Prof. & Med. Hodie* Professores Academiarum, Gymnasiorum & Scholarum Magistri immunitate frui solent, quippe qui Clericis etiam quodammodo accensentur, quod non extendendum ad eos, qui Scholas Privatas exercent, die Winckel-Schulmeister, & negligentibus hæc excusatio denegandа est. *l. 6.* §. *4. ff. b. j. resp. F. J. L. M. Oct. A. 703.*

V. *A Cura* tantum *excusat administrata Tutela:* qui enim Tutelam alicujus gessit, invitus
§.18.I.h. Curator ejusdem fieri non compellitur. §. *XVIII. I. b.* etiam *bodie* licet Testator Tutorem quoque Curatorem esse voluerit. *d.* §. *j. a. L.20. C.d. neg.gest.* (*n*)

VI. *Excusationis Allegatio r.* 1.) *Numeri* Causarum fieri potest, quoties plures Excusationes locum habent, aliis post alias intra consti-
§.16.I.h. tuta Tempora adductis. §. *XVI. J. b. j. L. 43. ff. d. R. J.* (*o*) 2.) *Modi* fit per Implorationem Officii Judicis. *a. l. 13.* §. *10. ff. b.* vel per Exceptionem, vel per Appellationem: onerati enim ap-

pella

pellare non tenentur. *l. 13. ff. h. l. 18. C. eod. l. 1. §. 1. ff. quand. appell.* possunt tamen, vel ab initio. *l. 39. §. 6. ff. d. admin. & per tut. l. 4. C. d. appell. j. d. l. 18.* vel rejecta excusatione ab inferiore Magistratu. *d. l. 1. §. 1. l. 15. C. h.* etiam in *Saxonia. a. Appell. Pat. d. A. 1670. §. I.* 3.) *Temporis* facienda est intra 50. dies, qui sunt ratione initii utiles Ratione cursus continui. *§. XVI, J. h.* Est vero *tempus* vel *continuum*; quod etiam ignoranti sine intermissione currit. *l. f. C. d. dol. mal.* vel *Utile*, quod non nisi scienti & in judicio Experiundi facultatem habenti currit. *l. 2 pr. §. 1. ff. quis ord. in bon. poss.* vel *Mixtum*, quod Ratione cursus inchoandi Absolvendive partim continuum est, partim Utile. *h. §. a. l. 1. §. 7. ff. quand. appell. j. l. 19. §. f. ff. d. ædil. ed. Computantur. 50. d.* ita, ut Tutor qui ultra 100. lapidem est, habeat Statos 30. dies & in singulos viæ dies 20. Milliaria Italica. *Hodie* raro ista Computatione est opus.

(*a*) *Incivile est eos, qui alieno Consilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & ab aliis reguntur, aliorum Tutelam vel Curam subire. §. XIII. J. h.*

(*b*) *Nemini dolus per occasionem Juris Civilis contra naturalem æquitatem prodesse debet. L. 1. §. 1. ff. d. dol. mal. & met. exc.*

(*c*) *Munus Publicum necessario obimus lege, more imperiove ejus, qui jubendi habet, potestatem. L. 214. ff. V. S.*

(*d*) *Tutela & Cura munus publicum est. Pr. I. h.*

(*e*) *Satius est ampliari Imperium hominum adjectione, quam pecuniarum copia. L. 7. §. 3. ff. d. bon. dam.*

(*f*) *Hi, qui pro Republ. ceciderunt, in perpetuum per Gloriam vivere intelliguntur. Pr. I. h.*

(*g*) *Ea quæ communiter omnibus prosunt, his, quæ specialiter quibusdam utilia sunt, præponenda sunt. Auth. Res quæ C. Commun. de leg.*

(*h*) *Non est novum, ut, quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, a quo initium capere non potuerunt. L. 85. §. 1. d. R. J.*

(*i*) *Quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. L. 203. ff. d. R. J.*

(*k*) *Quicquid Lege determinatum non est, judicis arbitrio ad determinationem relictum esse censetur. L. 1. §. f. ff. d. Iur. del.*

(*l*) *Afflicto non est addenda afflictio. a. L. 14. ff. d. Offic. Præs. C. 5. X. d. Cleric. ægrot.*

(*m*) *S[illegible]itus mortalitati fere comparatur. L. 209. ff. d. R. I.*

(*n*) *Abunde sufficit, si cui vel in paucis amici labore consulatur. L. 20. C. de neg. gest.*

(*o*) *Nemo ex his, qui negant se debere, prohibetur etiam alia defensione uti, nisi Lex impedit. L. 43. ff. d. R. J.*

Tit. XXVI.
De suspectis Tutoribus vel Curatoribus.

I.

Suspecti Tutoris vel Curatoris Postulatio in significatu Famosiore. *a. l. 3. §. 4. ff. h. Est* accusatio cuivis ex Populo competens. §. *3. J. h.* adversus quemcunque Tutorem vel Curatorem. §. *2. J. eod.* ad hoc, ut, ob malam administrationem dolo vel culpa lata factam, à Tutela vel Cura removeatur. §. *6. I. h. l. 4. §. 5. ff. eod.* Descendit autem *suspecti crimen*, quo Tutor vel Curator ob malam Administrationem obligatur, ex Lege XII. Tabb. *PR. J. h. bodieq;* insolens non est. Pr. I. h.

II. Suspecti Tut. vel Cur. postulatio fit apud Magistratum Majorem. §. *I. I. h. Hodie* quilibet §. 1. I. h. Ordinarius Magistratus, qui habet facultatem constituendi Tutorem, de crimine suspecti Tutoris quoque cognoscit, ac pro re nata statuit. *R. J. d. A. 1577. t. 32. §. 3.*

III. *Postulatio suspecti fit l. per* 1.) *Actionem Civilem*, hodie: ut Implorationem Officii Judicis, qua Tutoris & Curatoris Remotio petitur. *d. R. J. §. 3. j. l. 3. §. 6. ff. h.* 2.) *Accusationem* ad suspectum Tutorem vel Curatorem Removendum. *l. 1. §. 6. ff. h.* Quæ *hodie* non esse abrogata. *fac. Ref. Gr. d. A. 1609. gr. 5.* 3.) *Inquisitionem. a. l. 3. §. 4. 12. ff. h.* Ea *hodie* non infrequens est, *a. Ref. Grav. d. A. 1609. gr. 5. Conf. Ord. Tut. Lips. d. A. 1595. §. 32. d. R. J.*

IV. *Postulari queunt omnes Tutores* vel *Cura-*
§. 2. I. h. *tores* tanquam *suspecti* §. *II. J. h.* quodsi vero sint Patroni, Cognati vel Affines potius adjungendus est iis Curator, *d.* §. *j. l. 9. ff. h.* atque hi *postulantur*
§. 3. I. h. *ab omnibus.* §. *III. J. h.* etiam à 1.) Mulieribus Pietate ductis. *d.* §. apud *Saxones* cum Curatorum Consensu. *a. P. 2. C. El. 15.* 2.) Puberibus, qui Curatores suspectos faciunt Consilio Neces-
§. 4. I. h. sariorum. §. *IV. J. h.* Impuberes non item. *d.* §. *j. l. f. ff. manum. vind.*

V. *Postulantur ut suspecti,* qui non ex fide Tu-
§. 5. I. h. telam Curamve gerunt. §. *V. J. h. licet* 1. Solven-
§. 12. I. h. do sint *d.* §. aut satis offerant. §. *XII. J. h.* Interim Pauper fidelis Tutor vel Curator removendus non est. *d.* §. 2.) Suscepta nondum sit Administratio. *d.* §. *V. a. l. 3.* §. *f. l. 4. ff. h.*

VI. *Suspecti* Tutoris vel Curatoris *Postulatio efficit: ut* 1.) Suspecto interdicatur Administratione accedente Judicis decreto. *a. l. 7. C. h.*
§. 6. 7. I. h. donec Postulatio finiatur. §. *VII. J. h. j. l. f. C. in quib. caus. in integr. rest.* 2.) Tutore vel Curatore suspecto Decedente, dum Cognitio pen-
§ 8. I. h. det, Extinguatur Crimen §. *VIII. J. h. j. L. 6. ff. d. Publ. Jud.* Salva tamen sit læsis actio Tutelæ. *a. l. 4. ff. d. contrar. tut. & ut. act. j. N. 48.* 3.) Tutore vel Curatore Remoto ob dolum (non culpam latam. *a. l. 3.* §. *f. l. 4. ff. l. f. C. h.*) ipse fa-
§. 6. I. h. mosus fiat. §. *VI. J. h.* Modo Dolus, tanquam causa remotionis, Imprimis *hodie*, sententiæ insertus sit. *l. 4.* §. *1. 2. ff. h.* 4.) *In casu Denegatorum*

rum Pupillo *Alimentorum* à *Tutore 1.) Latitante,* ut Pupillus in Bonorum ejus Possessionem mittatur, *§.IX. I. b.* Ubi tandem Tutor diligenti Inquisitione prævia, tanquam suspectus removetur. *d. §. a. l.7. §. f. ff. b. j.* ℒℛ. *l.1. a. 41. 2.) Præsente,* at per Mendacium Alimenta decerni posse negante, ut is remittatur ad Præfectum Urbi puniendus, *l.3. §. 15. ff. eod. §. X. I. b. Hodie,* quoties in Tutorem vel Curatorem Pœna ad criminalem Jurisdictionem pertinens statuenda, adeundus est Magistratus, qui Jurisdictionem Criminal. habet. §. 9. I. h. §. 10. I. h.

VII. Fraudulenta Administratione deprehensa Liberti, in Tutela Liberorum Patroni, ipse ad Præfectum Urbi Puniendus Remittitur. *§. XI. J. b. j. l. 9. ff. d. obseq. par. Hodie* Vasallus quoque Domini Directi Tutor gravius tunc coërcetur. *j. 11. f. 6. 7. arg. h. §.* §. 11. I. h.

(a) Satisdatio Tutoris Propositum malevolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstat. §. XII. I. b.

(b) Melius est intacta minorum jura servare, quam post vulneratam causam Remedium quærere. L. f. C. in quib. caus. in integr. rest.

(c) Defuncto eo, qui reus fuit criminis, & pœna extincta est. L. 6. ff. d. publ. jud.

(d) Una est quodammodo Persona hæredis & ejus qui in eum transmittit hæreditatem. N. 48.

(e) Liberto (Filio) semper honesta & sancta Persona Patroni (Patris) videri debet. L. 9. ff. d. obs. par. & Patron.

LIB. II. INSTITUTIONUM.

TIT. I.

De rerum Divisione & acquirendo ipsarum Dominio.

I.

JUs Rerum est Facultas Jure quæsita circa rem compe ters, sive ipsam rem afficiat sive personam, ad qu d dandum faciendumve, obliget. *L. 25 ff. d. O. & A.* (*a*) *j. c. 40. d. præb. 6.*

II. Jus Rerum dividitur in Jus in re & ad rem, *Ju in Re*, R m afficit, & (cum parit actionem. *v. l. 1. ff. quib. mod. pign. vel hyp.*) Realem actionem producit. *d. l. 25.* Hujus species sunt 1. *Dominium* in Specie sic dictum, quo res corporal s singularis a icujus propria est. *l. 23. j. l. 56. ff. d. R. V. l. 19. ff. d. damn. inf. §. 1. I. d. act.* 2. *Servitus*, qua re Dominus ad alterius rei vel personæ Utilitatem aliquid pati vel non facere tenetur. *l. 15. §. 1 ff. d. serv.* 3. *Jus hæreditarium*, quo hæreditas alicujus propria est. *l. 10. §. 1. j. l. 50. ff. d. hær. pet.* 4. *Pignus*, quod creditori in securitatem crediti est Constitutum. *l. 9. §. 2. d. pign. act. j. l. 5. §. 1. ff. d. pign. §. 7. I. d. act.* 5. *Possessio*, qua quis rem animo sibi habendi tenet. *l. 1. §. 20. ff. d. acquir. vel. am. poss. j. l. 1. §. 4. ff. uti possid.*

III. *Jus ad rem* est quod personam obligat ad

ad quid dandum faciendumve. *l. 3. ff. d. O. & A.* & cum parit actionem. *v. l. 7 §. 4 ff. d. pact.* Personalem actionem producit. *L. 25. ff. d. O & A.*

IV. Jus ad Rem descendit ex facto obligatorio, quod est vel illicitum f. Delictum l. licitum f. promissio: *Delictum* est factum illicitum dolo vel Culpa admissum adeoque animadversione dignum. *l. 4. ff. d. O. & A. pr. I. d. obl. quæ ex del. l. 1. §. 3. l. 14. ff. ad L. Corn. d. sic.* Idque vel *Verum*, quod dolo malo committitur. § *7. I. d. obl. quæ ex del.* Vel *Quasi*, quod Culpa, utplurimum imputata, committitur. *pr. §. 1. I. d. obligat. quæ quasi ex del. nasc.*

V. Factum licitum f. Promissio est vel Pollicitatio, vel Conventio. *Pollicitatio* est spontanea offerentis promissio de facto licito, vel re in commercio existente suscepta. *l. 3. l. 6. §. 1. f. ff. d. pollicit. Conventio l. 7. pr. ff. d. pact. f. Pactum* est Duorum Pluriumve in idem Placitum Consensus. *l. 1. §. 2. ff d. pact.* Idque vel Nudum vel Non Nudum. *Nudum* Naturaliter saltem obstringit *l. 5. §. 2. ff. d. solut.* & actionem Jure Civili non producit. *l. 7. §. 4. ff. d. Pact. Moribus* tamen quoties est obligationis constitutivum, (ceu *resp. F. I. L. Mens. Mart 708.*) parit condictionem ex Moribus. *Pactum Non Nudum* est, quod efficaciter obstringit actionemque producit. *l. 7. §. 1. 2. ff. d. pact.*

VI. Pactum Non Nudum est vel Contractus vel Pactum legitimum, vel Pactum Contractui

ad-

adjectum. 1. *Contractus* est Conventio natura sua pariens actionem. *l. 7. §. 1. 2. ff. d. pact.* atque is est vel *Contractus* verus vel quasi. *Verus* Consensu vero, verbis literis, factisve declarato constituitur. *l. 4. ff. pro soc.* & in Nominatum atque Innominatum dispescitur. *Nominatus* certam formam & nomen habet nominatamque actionem producit *l. 7. §. 1. ff. d. pact.* & quidem Nominatus Contractus præter consensum ad sui constitutionem, cum est *Realis*, rei traditionem. *§. 2. Jd. oblig. l. 2. §. 4. ff. d. R. C.* cum est *Verbalis*, verborum elocutionem. *d. §. 2. pr. J. d. V. O. l. 1. ff. eod.* cum est *Literalis*, Literarum scripturam. *d. §. 2. §. un. J. d. tit. obl.* desiderat, sed *Consensualis* solo nudoque Consensu perficitur *d. §. 2. §. un. J. d. obl. quæ ex Consens.* *Innominatus* Contractus elegans nomen certamque contrahendi formam non habet, vel nominatam actionem specialem non producit, sed obligat vi συναλλάγματος, i. e. Dationis aut Facti intercedentis sub Lege mutuæ præstationis. *l. 7. §. 2. ff. d. pact.* estque vel Irregularis vel Regularis. *Irregularis* prope ad nominatum accedit communem tamen omnibus contractibus innominatis actionem præscriptis verbis producit : ut Contractus æstimatorius *l. 1. ff. d. æstimat.* & rerum permutatio *l. 2. ff. d. rer. permut.* *Regularis* nec nomen nec formam certam habet, nec nominatam actionem specialem (verum Præscriptis verbis) producit. Tales sunt : *Do, ut des. Do ut facias,*

Facio,

Facio, ut des; Facio, ut facias. l. 5. ff. d. P. V. *Quasi Contractus* est, qui Consensu præsumto vel ficto constituitur *pr. §. 1. J. d. obl. quæ ex quas. contr.* 2. *Pactum legitimum* est, quod a Lege ad effectum producendi actionem confirmatum. *l. 6. ff. d. pact. j. l. 35. §. 5. C. d. Donat.* 3. *Pactum Contractui adjectum* est, quod propterea, quia est contractus accessio, actionem producit. *l. 7. §. 5. ff. d. pact. l. 40. ff. d. R. C.*

VII. Divisio generalis est in *res*, quæ sunt in *patrimonio* s. in bonis singulorum, vel *extra patrimonium Pr. I. h.* hæ in privatorum patrimonium redigi nequeunt Dominumve non habent. *l. 1. ff. d. rer. divis.* Pr. I. h.

VIII. Extra patrimonium sunt 1. res Communes. 2. Publicæ. 3. Universitatis. 4. Nullius *Communes* quoad proprietatem nullius sunt & quoad Usum omnibus patent *a. §. 1. 5. j. h.* veluti Jure Civili Aer, Aqua profluens Mare & littora Maris unde ad littus accedere, illique inædificare licet *§. I. J. h. de. §. II. v. N. 9.* intelligitur vero § 1. I. h. littus maris, quatenus hybernus fluctus maximus excurrere solet §. *III. J. h.* & permissum § 3. I. h. est in littore casam ponere, ut quis in eam se recipiat, nec non in eodem retia siccare & ex mari deducere. *§. V. J. h.* *Jure hodierno* res commu- §. 5. I. h. nis est 1.) *Aer* spectatus simpliciter non Relative ad usum Juridicum. *a. l. 8. C. d. Servit. l. 22. §. 4. §. 2. ff. quod vi aut clam* ℒℜ. *l. 2. a. 52.* 2.) *Aqua profluens*, quoad usum Innoxium hauriendi, lavan-

lavandi, adaquandi pecus, non quoad usum provenientem ex eadem tanquam Aqua fluminis. 3.) *Mare & littus Maris* quousque non est occupatum. Nam Respublica, quæ occupationem fecit, circa Usum, qui omnibus relinquitur determinandi facultatem habebit.

IX. *Res Publicæ* vel sunt *in Patrimonio ReiP.* existentes, *vel in specie tales. Illæ* sunt, quarum proprietas est ReiP. usus autem pertinet ad universus, non singulos. *a. l. 6. ff. d. contrah. emt. l. 2. §. 4. ff. ne quid in loc. publ. e.g.* Cammer-Güter. *Hæ* sunt quoad Proprietatem Reip. quoad usum singulorum ejus ditionis, ut flumen, Portus, adeoque piscatio in utroque permissa omnibus. §.
§. 2. I. h. *II. J. h. Hodie* Jus piscandi Regalibus accensetur *a. II f. 56. &* Dominorum Territorii Voluntate ad alios transit, sine, vel cum pensionis onere. Proinde in eos, qui Piscationem non impetrato hoc jure in Fluminibus exercent, Pœna statuitur. *a. O.C. a. 169. Const. El. Nov. 8.* reliquum quoque fluminis, suum Territorium alluentis, Usum Princeps Jure Dominii Territorii determinat. Ex cujus Concessione Privati etiam Jus Trajectus, die Fehr-Gerechtigkeit, i.e. Facultatem trajiciendi Pontone iter facientes, usurpant. Pariter Usus Portuum a Principis determinatione dependet, qui pro Usu eorum vectigal nonnunquam exigere solet. *j. Tract. meam Syn. Pand. Th. Pr. t. d. flum. p. 550.*

X. Rebus Publicis in specie talibus affinis est, quoad

quoad Usum *Ripa*, hæc continet flumen naturalem cursus sui rigorem tenens. *l. 1.* §. *5. ff. d. flum.* est enim ea ratione usus ad flumen respicientis Publica, Ratione Proprietatis privata, sc. eorum, quorum prædiis hæret. §. *IV. J. h.* interim Dominis Territorii Usum Riparum Circumscribere licet. *v.* Churfl. Sächs. Fisch-Ordnung. *d. A. 1657.* §. zum dritten. *C. S. p. 1000.* §. 4. I. h.

XI. *Res Universitatis* sunt vel *in Patrimonio Universitatis* existentes, *vel in specie tales. Illarum* proprietas & usus non singulis ex universitate, sed universis competit. *l. 17.* §. *1. ff. d. V. S. e. g.* Stadt-Kämmerey-Güter. *Harum* proprietas est Civitatis, Universitatis vel Collegii, sed Usus singulis ex Universitate patet. §. *VI. J. h.* unde den Gemeinde-Anger consensu majoris partis ex Universitate non posse dividi *resp. F. J. L. Mens. Jun. 705.* §. 6. I. h.

XII. *Res Nullius* in stricto sensu sunt, quæ non possunt esse in alicujus Privati bonis. §. *VII. J. h.* ut 1. Res sacræ. 2. Religiosæ. 3. Sanctæ.* §. 7. I. h.

XIII. *Res sacræ* sunt vel *in specie tales*, & Cultui divino serviunt immediate, alienarique prohibentur. §. *VIII. J. h. j. C. 51. d. R. J. 6.*(*b*) Excepto casu Necessitatis. *l. 21. C. d. sacros. Eccl.* item Pietatis. *h.* §. sacræ autem Res fiunt per consecrationem Publicam *d.* §. *VIII. j. l. 9.* §. *2. ff. d. R. D.* Pontificis Jure Romano veteri. *h.* §. Episcopi Jure Novo. *N. 67. c. 1. N. 5. c. 1. Hodie* apud Pontificios Consecratio adhuc necessaria est. *fac.* §. 8. I. h.

c. f. X. d. Consecrat. Eccles. apud Protestantes vero vice illius est solennis Cultus div nus, quo Dedicatio Ecclesiæ perficitur, Res Mobiles autem ipsis, sola Destinatione & Usu (e. g. calicis) sacræ creduntur factæ. Cæterum locus, in quo Ædes sacræ sunt, semel consecratus sacer manet, diruto licet ædificio. §. *VIII. J. h.* etiam Jure Can. *c. 6. X. d. consecrat. c. 20. de consecrat. dist. 1.* *Res in Patrimonio Ecclesiæ Existentes* sunt, quæ Cultui Divino Mediate serviunt: Ut Agri Parochiales, decimæ, annui reditus. *l. 14. C. d. sacros. Eccl.* Hæ alienari prohibentur, nisi causa justa evidentem necessitatem vel utilitatem continens, (ita *pron. F. J. L. Mens. Jan. 706.*) adsit, & per Decretum. e. g. apud nos Consistorii, probata fuerit. *c. 1. d. reb. Eccles. non. al. in. 6. adde Art. Gen. 28.*

XIV. *Res Religiosæ* sunt loca, per Mortui illationem ab eo, qui illud Jus & animum sepeliendi habet. *l. 40. ff. d. relig.* commercio libero exem-
§. 9. I. h. pta §. *IX. J. h.* Itaque inferens vel Dominus esse debet Loci (1.) in solidum. *d. §. j. L. 28. ff. comm. div.* (*c*) *d.* §. (2.) Liber a servitute Ususfructus, alias Usufructuarii Consensus exigitur. *d.* §. vel, si in alienum locum inferat, Domini impetrasse Consensum aut ratihabitionem. *d.* §. *j. L. f. C. ad SCt. Maced.* (*d*) *Hodie* mortui inferri solent in locum publicum Religiosum vel Vulgarem vel Honoratiorem. Vulgarem ut *Cæmeterium c. 3. X. d. sepultur.* quod apud *Nos* Auctoritate Con-

Consistorii constituitur, citra consecrationem. In eo jus inferendi pro pretio acquiri assolet, ipsumque Jus Inferendi Mortuum in locum religiosum est in Commercio. *a. l. 14. C. d. legat.* In locum Honoratiorem: ut Ecclesiam *d. c. 3. X. d. sepult.* fit illatio cum Patroni consensu. Ubi Ecclesiæ Honorarium præstari consuevit. *fac. c. 42. X. d. Simon.*

XV. *Res sanctæ* sunt per sanctionem f. legem Pœnalem ab injuria hominum defensæ. §. *X. J. b.* §. 10. I. h. *l. 8. ff. d. rer. div.* ut Muri & Portæ Civitatis, etiam Municipalis. *l. 8. §. 2. ff. d. rer. div.* itaque Muros animo violans hostili pœna Capitis afficitur. *b. §. X. l. f. ff. d. rer. div.* at, cum abest hostilis animus, pœnæ arbitrariæ locus est.

XVI. *Modi Dominium acquirendi* sunt media, quibus immediatè Dominium quæritur. Dispescuntur in Civiles & Naturales. *Civiles* Jure Civili inventi vel recepti certam ex Jure Civili formam habent. *fac. l. 6. ff. d. J. & J. j. §. XI. J. b.* §. 11. I. h. & dividuntur in Universales & Particulares. *Universales* Titulum Universalem & Jus Universale tribuunt. *§. f. I. per quas perf. cuiq; acquir.* e. g. Hæreditas *l. 62. ff. d. R. J. Particulares* Titulum particularem & Jus particulare tribuunt. *a. §. f. I. d. Uf. & hab. §. f. I. per quas perf. cuique acquir.* e. g. Legatum. *Naturales* f. Juris Gentium sunt, qui ex Naturali Ratione inter homines recepti certam ex Usu Gentium formam habent. §. *XI. J. h.* propterea tamen ulteriorem Ju-

ris Civilis determinationem non excludunt. *a. l.*
§. 12. I, h. *6. ff. d. J. & J. §. XII. J. h.*

XVII. Naturales modi acquirendi sunt 1. Occupatio. 2. Accessio. 3. Traditio.

XVIII. *Occupatio* est Apprehensio rerum, quae Actu Nullius sunt, fieri tamen alicujus possunt, animo Domini facta. *a. §. XII. J. h.* (*e*) Dispescitur ea (1.) in Venationem late sic dictam. (2.) Occupationem bellicam. (3.) Inventionem. *Venatio late sic dicta* Jure Civili omnibus permissa est, etiam in fundo alieno, quia tum quoque fera avis, piscisve pro re nullius habetur. *j. L. 13. §. 1. ff. d. injur.* (*f*) modo Domino haud prohibente fiat, prohibitione autem ingressus venandi vel aucupandi gratia, facta eaque neglecta occupatum quidem est Capientis. *§. XII. XIV. J. h.* verum prohibenti is Actione Injuriarum tenetur. *l. 13. §. f. ff. d. inj. Jure hodierno* Imperii nostri Venatio ista vi Superioritatis Territorialis. *a. I. P. O. & M. a. 8. §. 1.* competit. Atque hoc Jus venandi efficit, ut Dominis apud nos ne quidem in Solo proprio venari permittatur. *Ceu resp. F. J. L. Mens. Sept. 707.* nisi venandi Jus a Domino Territorii Concessum habeat. *j. Tract. meam. Syn. Pand. h. t. p. 495.* Unde illicita Ferarum Occupatio secundum cujusvis Loci consuetudinem, apud *Nos* juxta *Const. El. Nov. 7.* & *Mandat. El. novius d. A. 1603.* punitur.

XIX. Venatio late sic dicta abit (1.) in Venationem in specie sic dictam. (2.) Piscationem.

(3.)

(3.) Aucupium. *Venatio in specie talis* est Occupatio ferarum Bestiarum per consectationem. Apprehensio autem Firma requiritur, nec Vulneratio sufficit si animal haud capiatur. §. *XIII.* §13. I. h.
J. b. Jure Saxonico Communi moderata persecutio vulneratæ feræ in fundo alieno permissa est. LR. *l. 2. a. 61. at Jus Sax. El.* in alieno Prædio Venationes vetat sub pœna centum aur. Landes Ordnung. *d. A. 1555.* daß keiner auff des andern Grund und Boden jagen, hetzen. §. So wollen. Cæterum definit Jus in apprehensa fera quæsitum quoties ea Naturalem Libertatem recipit. §. *XII. J. b. a. L. 35. ff. d. R. J. (g) j. l. 44. ff. d. acqu. rer. dom.* Hæc Venatio *dividitur in Majorem* (die hohen Jagten) & continet Jus occupandi Feras majores, das rothe und schwartze Wildpret. *Mediam*, (die Mittel-Jagden) & complectitur Jus occupandi feras medii generis, & *Minorem*, (die Nieder-Jagden) & comprehendit Jus occupandi Feras Minores.

XX. *Piscatio*, est Captura Piscium in libertate naturali relictorum. *l. 1. §. 1. ff. d. acquir. rer. dom.* §. *XII J. b. j. dicta in Tab. ad* §. *2. I. b. p. 44.*

XXI. *Aucupium*, est Avium in Libertate Naturali relictarum Captura: ut Avium, quarum Examen, evolans Alveo, Jure Civili eousque intelligitur esse Prioris Domini, donec in illius Conspectu examinisque facilis persecutio est. §. *XIV. J. b.* Verum *Jure Sax.* Examen ad Vicinum evolans statim Nullius esse incipit, & vel §.14. I. h.

ab ipso, vel à Domino persequente, vel à Tertio (sic pronunciatum *in F. J. L. Mens. Jul. A. 700.*) occupari potest. Weichb. *a. 119. Hodie* Aucupium quoad Aves omnino Vulgares, non æquè ac Venatio in specie sic dicta, est restrictum; idem tamen ratione Avium Nobiliorum, quæ ad aliquam Venationis speciem referuntur, prohibitum est. *Conf. Mand. El.* wegen des Vogelfangs. *d. A. 1626. C. S. p. 5[illegible].*

XXII. Venatio late sic dicta versatur circa Animalia Fera in libertate naturali constituta. §. *XII.* §. *XIV. J. h.* non Mansuefacta, quæ ex consuetudine abire & redire solent. e.g. Columbas, apes &c. nisi Consuetudinem revertendi de-
§. 15. I. h. seruerint. §. *XV. J. h.* Nec mansueta natura, ut Gallinas Anseresve Domi natos, manent enim Dominorum ubicunque sint, &, qui lucrandi animo ea Animalia detinet, furtum etiam *hodie*
§. 16. I. h. committit. §. *XVI. J. h.* hinc dictata furti pœna in *F. J. L. Mens. Maj. 702. conf.* Weichbild. *art. 120.*

XXIII. Per *Occupationem bellicam*, acquiruntur res hostium instar rei nullius, etiam personæ, quæ tamen reversæ habent Jus Postliminii. §.
§. 17. I. h. *XVII. J. h.* In genere autem fit in bellis occupatio vel *Actu* vere *Publico* s. Imperato, & acquisita à militibus cedunt illi, cujus Auspiciis bellum geritur. *a. l. 20. §. 1. ff. d. capt. j. l. 13. ff. ad L. J. pec:* e. g. Geschütz ꝛc. nisi aliud specialiter Actum aut Constitutum sit. *a. l. 80. ff. d. R. J.* Reuterbestall.

stall. & *A.* 1570. §. 203. *it.* §. 95. 96. vel *actu privato*, ut libera excursione, & res mobiles singulis acquiruntur. *h.* §. Personæque captæ à capientibus, usque dum liberentur, hodie detineri queunt. *d. Reuterbestall.* §. 95.

XXIV. Per *Inventionem* acquiruntur res inanimatæ mobiles nullius natura: ut Lapilli & Gemmæ in littoreMaris repertæ. §. *XVII. J. h. Hodie* Domini Territorii Jure Regalium de Littoribus disponunt, adeoque, pro re nata, quoque hoc occupandi Jus restringunt: Sic prohibita est succini collectio in Borussia. *j. Tract. meam Syn. Pand. Th. pr. h. t. p.* 498.

XXV. *Accessio* est, qua res nostra Principalis per se subsistens, ob Prævalentiam suam, Rem alterius Minus Principalem ad se trahit. *a. l.* 23. §. 4. *ff. d. R. V.* Eaque est vel naturalis vel artificialis vel fortuita. *Accessio naturalis* fit natura operante, & contingit 1. Fœtura, 2. Alluvione. 3. Coalitione. 4. Insulæ productione. 5. Alvei destitutione. (1.) *Fœtura* est, qua fœtus ex Animalibus nostris Fœmellis editus nobis acquiritur. §. *XIX. J. h. l.* 5. §. 2. *ff. l.* 7. *C. d. R. V.* (2.) *Alluvio* est, qua vi Naturali Fluminis Fundo Arcifinio ita latenter aliquid adjicitur, ut non intelligi possit, quantum quoquo temporis momento Adjectum sit. §. *XX. J. h. Hodie* memorata Jura Alluvionis in imperio nostro obtinent regulariter. *LR. l.* 2. *a.* 56. (3.) *Coalitio* est, qua pars Vicini Prædii, Vi Fluminis illi detracta, & nostro prædio adjecta, §. 19. I. h. §. 20. I. h.

 cum

cum eodem coaluit. Id quod apparet cum arbores, quas secum traxit flumen, in eum fundum
§.21. I. h. radices egerunt. §. *XXI. J. b.*

XXVI. Naturalis Accessio fit (4.) Insulæ productione, non in Mari: nam ea cedit occupanti.
§.22 I. h. §. *XXII. J. b.* quod *Hodie* in Mari, quatenus occupatum est, asserere non licet: sed in flumine, quando flumen terram ita tollit, ut cum Alveo cohæreat, ubi Vicinis Proximis acquiritur pro modo latitudinis cujusque fundi, quæ prope ripam est. §. *XXII. J. b. Hodie* Germaniæ mores varii sunt. In *Saxonia* nostra quoties Princeps futuras insulas sibi non asseruit, secundum Jus Civile pronunciandum est. *a.* LR. *l. 2. a. 56.* quando flumen Agrum saltem circumdat & in formam insulæ redigit, manet ager cujus fuerat. §. *XXII. J. b.* ceu *resp. F. J. L. M. Sept. 709.*

XXVII. Naturalis accessio contingit (5.) *Alvei destitutione*, qua Alveus, der Wasserbauch, Vetus à flumine derelictus Vicinis pro rata ac-
§. 23. I. h. quiritur, Novus autem publicus fit. §. *XXIII. J. b.* Idem *Jure Sax.* obtinet. LR. *l. 2. a. 56.* Multis tamen in locis Germaniæ Alveum derelictum Fisco addicunt. Quodsi novus Alveus uno impetu derelictus fuerit, Vicinis acquiritur *b.* §. at, urgente æquitate, nonnunquam pristino Domino restituitur. *a. l. 7. §. 5. ff. d. acquir. rer. Dom.* Cæterum Inundatione simplici Flumen, retinens priorem Alveum, in fundos ad tempus effusum
§. 24. I. h. ejus speciem non commutat. §. *XXIV. J. b. j. l. 1.*

§. 5.

§. 5. *ff. d. Flum.* nec possesionem, quæ amittitur inundatione non simplici. *fac. l. 23. ff. quib. mod. usufr. vel us. am.*

XXVIII. *Accessio artificialis* opera hominum perficitur. Hæc accidit 1. Specificatione. 2. Adjunctione. 3. Inædificatione. 4. Scriptura.

XXIX. (1.) *Specificatio* est, qua nova species fit ex Materia aliena ad pristinam ruditatem non reducibili, vel ex materia partim Specificatoris partim aliena. §. *XXV. J. b.* Huc non est referendus Speciei tantum detector. *l. 7. §. 7. ff. d. acquir. rer. dom.* §. 25. I. h.

XXX. (2.) *Adjunctio* est, qua rei nostræ augendæ ornandæ vel reficiendæ Aliena jungitur, manente eadem specie. e. g. In textura Purpuræ, licet purpura vestimento sit pretiosior. §. *XXVI. J. b. j. L. 19. §. 13. ff. d. aur. & arg. leg.* (*b*) Purpuræ surreptæ Domino autem datur adversus furem Actio furti & condictio furtiva. *d. §. XXVI.* §. 26. I. h

XXXI. Adjunctioni *affinis* est confusio & Commixtio. *Confusio* est, qua res aliena liquida vel liquefacta & cum nostra confusa corpus Commune constituit, sive confusio sit (1.) ejusdem sive diversæ materiæ. (2.) Unius Voluntate sive casu facta. §. *XXVII. J. b.* Quoties *hodie* ab Aurifabris Metalla, vi Aquæ Chrysulcæ, (des Scheide-Wassers) sine interitu alterius Metalli separari queunt, non Constituitur hæc Communio. *l. 5. §. 1. ff. d. R. V. l. 12. §. 1. ff. d. acquir.* §. 27. I. h.

 rer.

rer. dom. Commixtio eſt, qua res aliena ſolida cum noſtra commiſcetur Unumque corpus conſtituit per Aggregationem. Ea Dominium non mutat, proinde ſingulis Dominis Res ſuas vindicare permittitur. *l. 4. ff. d. R. V.* accedente Judicis Arbitrio quoties ſingula corpora non poſſunt ſeligi, ut amplius conſequatur is, cujus materia
§. 28. I. h. commixta fuit pretioſior. *d. l. §. XXVIII. J. h.*

XXXII. (3.) *Inædificatio* eſt, qua Dominus ſoli Ædificium ipſius ſolo Inædificatum acquirit.
§. 29. I. h §. *XXIX. J. h. (i)* Eaque cum facta eſt ex Materia aliena in ſolo ædificantis propriæ Bona fide, Ædificio ſtante non datur Rei Vindicatio neque Actio ad exhibendum, ob Prohibitionem legis XII. Tabb. §. *XXIX. J. h. j. l. 2. C. d. Ædif. priv.* ſed *Actio de tigno juncto* locum habet, quæ eſt Actio perſonalis perpetua, pœnalis mixta (contra m. f. jungentem mere Pœnalis. *h. §.*) & datur ei, cujus intereſt. *l. 1. ff. d. tign. junct. j. §. 13. I. d. obl. quæ ex del.* adverſus eum, qui Tignum furtivum ædibus vineisve ejus, cujus Tignum non eſt, junxit. *l. 1. pr. §. 2. ff. d. tign. junct.* ad Duplum illius conſequendum. *h. §. l. 2. ff. d. Tign. junct. Hodie* actio hæc in Foro Germanorum infrequens eſt. Ædificio diruto conceditur Rei Vindicatio & Actio ad exhibendum, niſi Materiæ Dominus duplum jam fuerit conſecutus, §. §. *XXIX. J. h.*

XXXIII. Quoties inædificatio facta eſt ex Materia propria in ſolo alieno ædificium cedit ſoli

soli Domino. §. *XXX. J. h.* & is,qui fuit in mala fide, materiam regulariter donasse creditur. *d.*§. Id quod *moribus Generalibus* non est mutatum. Si fuit in Bona fide, in possessione constitutus, habet exceptionem doli mali adversus Dominum soli,qui domum, tanquam suam, petit nec solvit pretium materiæ & mercedes fabrorum. §. *XXX. J. h. j. L. 156. §. 1. ff. d. R. J.* (*k*) §. 30. I. h.

XXXIV. (4.) *Scripturâ* contingit accessio artificialis, quando Domino Chartæ, Membranæve &c. id,quod in ea scriptum est,acquiritur. Datur autem b. f. alienam chartam possidenti adversus Dominum ejusdem, impensas Scripturæ &c. non solventem, exceptio Doli mali. §. *XXXIII. J. h.* *Hodieque* in scriptis elaboratis æquo Judicis arbitrio concedenda videtur b.f. scribenti &c. Actio in factum. *a. l. 3. §. 14. ff. ad exhib.* *Pictura* debebat Tabulæ &c. cedere. Verum Imperator dedit arti Privilegium & Tabulam picturæ cedere voluit: unde tribuitur Pictori contra Dominum Tabulæ Rei Vindicatio directa, Pictor autem repellitur exceptione doli mali, nisi solvat pretium Tabulæ; vicissim utilis Rei Vindicatio ex æquitate conceditur Domino Tabulæ adversus pictorem b. f. possidentem ubi Dominus Tabulæ repellitur per exceptionem doli mali, nisi impensam picturæ solvat. §. *XXXIV. J. h.* Quando Pictor aliusve Tabulam §. 34. I. h. surripuit Domino Tabulæ competit Furti Actio. *d.* §. §. 33. I. h.

XXXV.

XXXV. *Accessio mixta* Natura operaque hominis concurrente contingit. 1. Implantatione. 2. Satione. 3. Fructuum Perceptione.

XXXVI. *Implantatio* est, qua Domino Soli alienum, quod in eo plantatum est, posteaquam
§. 31. I. h. radices egit, acquiritur §. *XXXI. J. h.* Hinc arbor in confinio posita est communis Jure Civili propter Jus Soli, quatenus in Utriusque Vicini fundo Radices egit. *d.* §. *Jure Sax.* propter Jus aëris, quatenus Ramos in Vicini Prædium propendentes habet, vel ramos succidere vel fructus ex iis Colligere licet. *a.* LR. *l. 2. a. 52.* Interim in confinio constitua arbor e. g. eine Grentz-Eiche, cedit utrique vicino, etiamsi corruendo deciderit in alterius solum tantum, juxta *a. b.* §. *31. ceu resp. F. J. L. M. Nov. 709.*

XXXVII. (2.) *Satio* est, qua Domino soli semen alienum, quod in ejusdem solo satum est,
§ 32. I. h. illico acquiritur. §. *XXXII. J. h. j. l. 14. ff. d. donat.* Iterim B. F. Possessori datur exceptio doli mali usque dum consequatur Pretium seminis & laboris. *j. l. 36.* §. *f. ff. d. hered.* (*l*) *d.* §. *1. conf.* LR. *2. a. 46.*

XXXVIII. *Fructus* in lato sensu denotant omnem Utilitatem, quam quis ex Re vel ejus occasione percipit. *L. 24. ff. d. us. & Usufr. leg.* Dividuntur (1.) in *Civiles*, qui non ex corpore rei, sed ejus occasione, proveniunt. *l. 121 ff. d. V. S.* & *Naturales*, qui ex Rei corpore oriuntur, illique dispescuntur in *Naturales in Specie*, quos natura

tura

tura Homine nihil aut parum cooperante, producit. & *Industriales*, quos natura non sine hominis facto producit. *l. 45. ff. d. usur.* (2) In *pendentes*, qui rei fructum ferenti cohærent. *L. 44. ff. d. R. V. & separatos*, qui a re fructum ferente sunt separati. (3.) In *percipiendos*, qui a Bono Patrefam. percipi potuissent & debuissent. *l. 62. §. 1. ff. d. R. V. l. 1. C. d. hær. pet. & perceptos*, illique sunt vel *Extantes*, qui adhuc apud percipientem extant *Vere* s. in Natura. *l. 22. C. d. R. V.* vel *Ficte* s. quoad Emolumentum. *l. 40. §. 1. ff. d. hær. pet.* vel *consumti* aut *b. f.* quando consumens eos suos esse credidit. *l. 4. §. 2. ff. fin. reg.* aut *m. f.* quando consumens eos esse alienos scivit. *l. 22. C. d. R. V.*

XXXIX. (3.) *Fructuum perceptio a B. F. Possessore facta* est, qua b. f. Possessori fructus Naturales eit Industriales ex re aliena Percipiendo acquiruntur revocabiliter. §. *XXXV. J. h. j. l. 48. ff. d. acquir. rer. dom. l. 22. C. d. R. V. L. 136. ff. d. R. J. (m)* Consumendo irrevocabiliter. *a. l. 4. §. 2. ff. fin. reg. d. l. 22. j. L. 44 ff. d. R. V. (n) Hodie* tamen B. F. Possessor, quatenus ex Fructibus est factus locupletior ad restitutionem teneri solet. *a. l. 206. ff. d. R. J.* Contra Malæ Fidei Possessor omnes fructus, exstantes & consumtos, perceptos & percipiendos, reddere cogitur. *d.* §. §. 35. I. h.

XL. *Ususfructuarius respectu* (1.) *Modi* Percipiendo i. e. a Solo Separando, Fructus facit suos nondum percepti Proprietario Acquiruntur. §. *XXXVI.*

§.36. I. h. *XXXVI. J. h. j. l. 13. ff. quib. mod. ususfruct.* quod in Colono secus est, quia in Contractum Conductionis Hæredes Conductoris succedunt. §. *f. I. d. locat. Jure Sax.* Seminis & Culturæ magis quam Perceptionis habetur ratio. LR. *l. 3. a. 76. P. 3. C. El. 32.* (2.) *Objecti* acquirit ea, quæ sunt in fructu: ut Fœtus Pecudum, non hominum partus, hi igitur ad Dominum Proprietatis per-
§.37. I. h. tinent, §. *XXXVII. J. h. (o)* (3.) *Officii* Prædium recte colere, tanquam Bonus Paterfamil. debet, adeoque in locum Demortuorum Capitum ex Fœtu submittat & in Locum Vinearum Arbo-
§.38. I. h. rumq; demortuarum substituat. §. *XXXIIX. J. h.*

XLI. *Accessio Fortuita* contingit Thesauri-Inventione. *Thesaurus* autem est Vetus quædam depositio Pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam Dominum non habeat. *l. 31. §. 1. ff. d. acquir. rer. dom.* Hæc Inventio cum accidit *in Solo pro-*
§.39. I. h. *prio*, licet sacro religiosove Privato. §. *XXXIX. J. h. j. l. 3. §. 10. ff. d. jur. fisc. l. 9. §. 2. ff. d. R. D. l. 9. §. 1. ff. ad. L. Jul. pec. l. 5. ff. d. relig.* Totus cedit Inventori. *d.* §. *XXXIX. In Solo Alieno* cum invenitur Thesaurus *Data opera* Domino in Solidum acquiritur. *l. un. C. d. Thesaur.* si *Casu fortuito* Dimidium Inventori, Dimidium Domino, tribuitur. *d. §. XXXIX. Hodie* in dubio Jus Civile observandum est. *a. L. 10. ff. d. Jur. fisc.* (*p*) *P. 2. C. El. 53.*

XLII. 1. *Traditio* est Actus, quo res ab eo, qui Jus & Animum ejus transferendæ habet, ex cau-

sa

sa ad transferendum Dominium habili in accipientem transfertur. §. *XL. I. h.* (*q*) *L. 55. ff. d.* §. 40 I. h.
O. & A. (*r*) *Jure Sax. El.* in Traditione Rerum Immobilium ad Translationem Dominii requiritur ut Dominus Judicialiter suum Dominium in Manus magistratus, ratione rei sitæ competentis, resignet, atque is de Novo eum, in quem transferendum est Dominium, investiat. *Dec. El. 61.*

XLIII. *Traditio dividitur* (1.) ab objecto *in Propriam*, qua res corporales. §. *XL. J. h. & Impropriam* qua res incorporales transferuntur, ut servitutes. *l. f. ff. d. servit. j. l. 43. §. 1. ff. d. acquir. rer. dom.* (2.) A modo in Veram & Fictam. *Vera* est, quæ Actu Naturali s. Corporali fit. *l. 8. ff. d. pecul.* Eaque *Contingere potest* (1.) vel *pure vel sub Conditione* expressa tacitave, hæc intelligitur in Traditione ex Emto Vendito, nisi Venditori Emtor pretium solverit, aut alio modo ei satisfecerit, aut Emtori fides habita sit. §. *XLI.* §. 41. I. h.
J. h. etiam *hodie* (2.) *vel Immediate*, veluti cum ipse Dominus tradit, *vel Mediate*, e.g. accedente facto Procuratoris, cui Universorum Bonorum administratio Commissa est cum libera. §. *XLII.* §. 42. I. h.
J. h. scil. Potestate, vel sine ea, modo rerum Administratio Alienationem exigat. *l. 63. ff. d. proc. a. l. 12. l. f. ff. de curat. fur. j. C. 72. d. R. J. 6.* (*s*)

XLIV. *Traditio ficta* est, quæ fictione perficitur, estque vel *Non-Symbolica*, vel *Symbolica*, atque *illa* vel *brevis manus*, qua Mutuæ traditiones

nes intervenisse finguntur circuitus evitandi gratia. e.g. si Res deposita vel Commodata ex Titulo Donationis retineatur. §. *XLIII. J. h.* vel *longæ manus*, qua tradendi Animo a transferente Declarato, rei Possessio oculis Affectuve, signis legitimis ostenso, apprehenditur. *l. 79. ff. d. solut. l. 1. §. 21. ff. d. acquir. vel am. poss. l. 18. §. 2. ff. eod.*

§ 43. I. h.

Traditio symbolica est, quando in locum rei transferendæ Aliud quid, quod illam repræsentet, & in eam potestatem accipiendi faciat, Animo rem transferendi, traditur. v. g. Cum claves horrei in conspectu horrei. *l. 74. ff. d. contrab. emt.* traduntur mercibus reconditis in eodem Venditis. §. *XLIV. J. b.*

§. 44. I h

XLV. *Traditio* (3.) A Persona acquirentis dividitur in *Specialem* s. Certam, qua Res, animo transferendi eam in Certum Apprehendentem, traditur. *l. 18. §. 1. ff. d. acquir. vel am. poss.* & *Generalem* sive Incertam, qua res animo transferendi illam in Quemvis apprehendentem, traditur. §. *XLV. J. b.* & contingit per *Jactationem Missilium, d. §. XLV.* item *derelictionem*, qua res ea mente abjicitur, quod Dominus illam in Numero Rerum suarum esse nolit. §. *XLVI. J. b.* Res derelicta cedit apprehendenti licet in domo aliena. *a. d.* §.

§. 45. I. h.

§. 46. I. h.

XLVI. *Derelictio non censetur facta per* (1.) *Jactum* in tempestate levandæ Navis causa susceptum, adeoque Res ejectæ Dominorum permanent, & qui eas lucrandi animo aufert, furtum com-

committit. §. *XLVII. J. h. j. L. 18. ff. d. adim. vel* §. 47. Lh.
transf. leg. (*t*) id quod, contraria Consuetudine improbata, corroboratur *Auth. Navigia C. d. furt. O. C. a. 218.* (2.) *Lapsum de Rheda* currente non intelligentibus Dominis. §. *XLVII. J. h. j. L. 25. ff. d. prob.* (*u*) *Jure Sax.* tenetur Inventor publicam proclamationem procurare, cujus effectus, vid. 𝔏𝔑. *l. 2. a. 29. 37.*

(*a*) *Jus in Re Actionem Realem, Jus ad rem s. Obligatio Actionem Personalem producit. a. L. 25. ff. d. O. & A.*

(*b*) *Semel Deo dicatum, non est ad Humanos Usus transferendum. C. 51. d. R. J. 6.*

(*c*) *In Re Communi potiorem esse Causam Prohibentis constat. L. 28. ff. commun. div.*

(*d*) *Omnis Ratihabitio prorsus Retrotrahitur, & confirmat ea, quæ ab initio subsecuta sunt. l. f. C. ad SCt. Maced.*

(*e*) *Quod Nullius est, id Naturali Ratione Occupanti conceditur.* §. *XII. J. h.*

(*f*) *Is, qui Jure suo utitur, nemini facit Injuriam. L. 13. §. 1. ff. d. injur.*

(*g*) *Nihil tam Naturale est, quam eo genere quidvis dissolvere, quo colligatum est. L. 35. ff. d. R. J.*

(*h*) *Semper cum quærimus quid alicui cedat, illud spectamus, quid alicujus rei ornandæ gratia adhibeatur, ut Accessio cedat Principali. L. 19. §. 13. ff. d. aur. & arg. leg.*

(*i*) *Omne quod solo inædificatur solo cedit.* §. *XXIX. J. h.*

(k) *Cui damus actionem, eidem & exceptionem competere multo magis quis dixerit. L. 156. §. 1. ff. d. R. J.*

(l) *Fructus intelliguntur deductis impensis, quae quaerendorum, cogendorum conservandorumque eorum gratia fiunt. L. 36. §. f. ff. d. haered. pet.*

(m) *Bona fides tantundem possidenti praestat, quantum Domino veritas, quoties Lex impedimento non est. L. 136. ff. d. R. J.*

(n) *Fructus pendentes fundi pars esse videntur. L. 44. ff. d. R. V.*

(o) *Absurdum visum est Hominem in Fructu esse: cum omnes Fructus rerum Natura gratia Hominis comparaverit. §. XXXVII. J. h.*

(p) *Non delinquit qui in dubiis causis contra fiscum lucrum captantem facile respondet. a. L. 10 ff. d. jur. fisc.*

(q) *Nihil tam conveniens naturali aequitati, quam voluntatem Domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. §. XL. J. h.*

(r) *Dominium non transfertur per traditionem nisi affectus tradentis in transferendo Dominio, cum affectu accipientis in acquirendo Dominio, concurrat. L. 55. ff. d. O. & A.*

(s) *Qui facit per alium perinde est, ac si faciat per se ipsum. C. 72. d. R. J. 6.*

(t) *Nemo in necessitatibus liberalis existit. L. 18. ff. d. adim. vel transfer. leg.*

(u) *Nemo facile suum jactare praesumitur. a. L. 25. ff. d. probat.*

Tit. II.

TIT. II.
De Rebus corporalibus & Incorporalibus.

I.

RES dividuntur ab objecto in Corporales & incorporales. *Corporales* sunt, quæ sua natura tangi possunt: atque hæ §. *Un. I. h.* vel §.Un.I.h. mobiles vel immobiles. *Mobiles* salva sua substantia natura & Jure de loco in locum transferri possunt *l. 39. ff. d. V. S.* Suntque *in Specie tales*, quæ moventur ab alio: ut pecunia *N. 22. c. 45. P. 3. C. El. 23.* merces. *l. 66. ff. d. V. S.* ita *resp. F. I. L. M. April. 701.* vel *Se moventes*, scilicet Res animatæ habentes facultatem loco motivam. *l. 15. C. d. Sacrosf. Eccles.*

II. Res *immobiles* sunt, quæ salva sua substantia natura aut Jure de loco in locum transferri non possunt. Eæque *naturaliter tales*, ut Res soli solove cohærentes natura. *l. 44. ff. d. R. V.* Factove hominis. *a. l. 18. ff. d. act. emt. Dec. El. 53.* vel *Civiliter s. Juris Intellectu tales*: ut Mobilia Immobilibus in Perpetuum Actu destinata. *a. L. 17. §. 7. 10. ff. d. act. emt.* (*a*)

III. *Res Incorporales* sunt, quæ Essentiam a Jure habent & tangi non possunt: ut Jus obligationis in Creditore. *§. Un. J. h. Hæ* accensentur *proprie* nec mobilibus nec immobilibus. *l. 15. §. 2. ff. d. re Jud. l. 7. §. 4. ff. d. pecul. a. l. 79. §. 1. ff. d. leg. 3.* ceu *resp. F. I. L. Mens. Jun. A. 1701. Impro-*

prie vero, Mobilibus vel Immobilibus, quoties id natura negotii exigit. e. g. In Succeſſione Saxonica mobiliari. *P. 2. C. El. 23.* ubi ob naturam objecti Actiones mobilibus vel immobilibus annumerantur. *l. 15. ff. d. R. I.* (*b*) atque ob naturam ſubjecti Inhæſionis, ſervitutes, Jurisdictiones Immobilibus accenſentur. *a. l. 12. C. d. præſcr. long. temp.*

(*a*) *Mobilia Immobilibus Perpetui Uſus Gratia Actu Deſtinata pro Immobilibus habentur. L. 17. §. 7. 10. ff. d. act. emt.*

(*b*) *Is quis habet Actionem ad rem petendam, ipſam rem habere videtur. L. 15. ff. d. R. J.*

TIT. III.

De ſervitutibus Ruſticorum & Urbanorum Prædiorum.

I.

S*Ervitus* eſt Jus in Re aliena alteri conſtitutum, vi cujus ejusdem Dominus in Alterius Utilitatem aliquid tenetur pati vel non facere. *a. L. 15. §. 1. ff. d. ſervit.* (*a*) Eaque dividitur in *Realem* & *Perſonalem Realis* rei debetur. *a. l. 4. ff. d. ſerv. Præd. ruſt.* hæc diſpeſcitur ratione prædii dominantis. *a. l. 10. ff. d. Stat. hom.* (*b*) in ruſticam & urbanam. Ruſtica eſt, quæ plerumque debetur Prædio Uſum *Ruſticum* præſtanti, *fac. l. 16. C. d. præd. & al. reb. min. j. L. 198. ff. d. V. S.* (*c*) Talis eſt *ſervitus* (*1.*) *Itineris*, der Durchgang oder Fußſteig, quæ eſt Jus eundi ambulandi hominis

minis per vicini Prædium. *PR. I. b. j. l. 12. ff. d.* Pr. I. b.
S. P. R. Hujus latitudo *Jure Saxonico* est 3. Pedum. Weichbild, *art. 129.* (2.) *Actus* das Treiben, quæ est Jus Agendi jumentum item quodvis pecus. *a. l. 22. ff. d. S. P. R. j. l. 21. ff. d. R. I.* (*d*) vel vehiculum. *PR. I. b. Jure Saxonico* per agrum incultum ducere vehiculum est permissum. LR. *l. 2. a. 47.* Actus Iter materialiter, s. quoad utilitatem, continet. *PR. I. b. j. L. 21. ff. d. R. J.* (*e*) nisi aliud actum sit. *a. l. 4. §. 1. ff. d. servit.* Constitui enim potest Actus vel Plenus vel minus plenus, etiam die bloße Durchtrifft vel Durchfarth. *a. l. 13. ff. d. servit. ceu pron. F. J. L. Mens. Aug. 701.* (3.) *Via*, der Fahr-Weg, quæ estjus eundi, agendi, Ambulandi hominis, lapidem & tignum trahendi hastamque erectam ferendi. *PR. J. b. j. l. 1. l. 7. ff. d. S. P. R.* Hæc iter actumque Materialiter, s. quoad utilitatem, complectitur. *d. l. 1.* etiam *bodie.* Cujus latitudo in porrectum 8. *j.* Weichb. *art. 129.* in anfractum 16. pedum. *l. 8. ff. d. S. P. R.* Quomodo vehicula obvia sibi invicem in via publica cedere debeant. *a.* LR. *l. 2. a. 59. v. Tract. mea Syn. Pand. t. ne quid in loc. publ. p. 548.* (4.) *Aquæductus*, die Wasser-Leitung, quæ est Jus aquam ducendi per Prædium Vicinum. *PR. J. b.* (5.) *Aquæ haustus*, die Wasserschöpffungs-Gerechtigkeit, quæ est Jus hauriendi aquam ex alieno prædio. *a §. II. J. b. l. 9. ff. d. S. P. R.* (6.) *Pecoris ad aquam appulsus*, die Vieh-Träncke, quæ est Jus appellendi pecus

 ad

§. 2. I. h. ad fontem vel aquam Vicini, ut ex ea bibat. §. *II. J. b. j. l. 1. §. 1. ff. d. S. P. R.* (7.) *Pascendi*, die Trifft-Gerechtigkeit, Hut und Weyde, quæ est Jus pascendi pecus nostri prædii in Vicino Prædio. §. *II. J. h. j. l. 3. ff. d. S. P. R. P. 2. C. El. 41.* Huic affinis est *Servitus Compascui*, die Koppel-Weyde, vi cujus Vicinus pati tenetur, ut in ipsius Prædio nostrum pecus una cum ipsius pecore pascatur. Ab hoc diversum est *Compascuum Jure familiaritatis concessum*, cum, precarii reciproci instar, pro arbitrio ab uno revocari nec præscribi queat. *a. l. 2. C. d. præscr. 30. l. 40. ann. l. 1. §. 19. ff. d. aqu. quot. & æstiv.* (8.) *Calcis coquendæ*, qua pati tenetur Vicinus, ut in ipsius Prædio Calx coquatur ad nostri prædii utilitatem §. *II. J. b. l. 5. §. 1. ff. d. S. P. R.* (9.) *Arenæ fodiendæ*, qua pati tenetur Vicinus, ut in ipsius Prædio arena fodiatur ad nostri prædii utilitatem. §. *II. J. b. j. l. 1. ff. d. S. P. R.*

§. 1. I. h. II. *Servitus urbana* est, quæ plerumque debetur prædio Urbanum usum præstanti; ut ædificio habitandi causa constituto. §. *I. J. b. j. L. 198. ff. d. V. S.* Qualis est Servitus affirmativa in patiendo consistens, ut (1.) *Oneris ferendi*, die Bürde oder Lasttragung des Gebäudes, quæ est Jus, quo pati tenetur Vicinus, ut ipsius paries vel Columna onus Vicini Ædificii sustineat. §. *I. J. b.* In hac servitute prædii servientis Dominus est obstrictus ad conservandam servitutem per refectionem parietis &c. *l. 33. ff. d. S. P. U. conf. resp. F. J. L. Mens. Jun. 704.*

(2.)

(2.) *Tigni Immittendi*, das Tram-Recht, quæ est jus quo pati tenetur vicinus, ut Trabs vel simile quid immittatur in ipsius parietem, quo illic requiescat. §. *I. J. b. l. 242.§.1.d. ff.V.S.* (3.) *Stillicidii avertendi*, das Trauff-Recht, quæ est jus quo pati tenetur vicinus, ut nostrum Stillicidium in ipsius tectum, Aream, similemve locum avertamus. §. *I. J.b.a.l. 20. ff. d. S.P. U.* (4.) *Fluminis avertendi*, der Wasser-Lauff, quæ est jus quo pati tenetur vicinus, ut Aqua nostra collecta in ipsius prædium per Canalem, Tubum, vel Alveum derivetur. *§. I. J. b. a. l.20 §5.ff.d.S.P.U.* (5.) *Altius tollendi*, quæ est jus quo pati tenetur vicinus, ut nostrum Ædificium altius tollamus in nostri prædii utilitatem. *l. 7. §. 1. ff. comm. præd.* Itaque contra ædificando similive ratione id impedire nequit. *l. 10. ff. d. S.P. U.*

III. *Servitus urbana* negativa in non faciendo consistens est (1.) *Stillicidii non avertendi. Quæ est Jus*, quo prohibetur Vicinus stillicidium in Aream nostram cadens avertere, sive ad se recipere. §. *I. J.b.* (2.) *Fluminis non avertendi*, quæ est jus quo prohibetur vicinus Aquam suam collectam, & per canalem, Tubum vel Alveum in nostrum prædium derivatam avertere; sive ad se recipere, §. *I. J. b.* (3.) *Altius non tollendi*, quæ est jus, quo prohibetur vicinus Ædificium suum altius tollere. §. *I. J. b. l.7 §. 1. ff. commun. præd.* (4.) *Ne luminibus officiatur*, quæ est jus, quo prohibetur Vicinus quævis lumina nostrarum ædi-

um reddere deteriora. §. *I. J. h. l. 4. l. 15. l. 16. ff. d. S. P. U. j. l. 33. ff. eod.*

IV. Servitus realis requirit duo prædia 1.) Diversorum Dominorum. §. *III. J. h. j. l. 26. ff. d. S. U. P.* 2.) Vicina ratione Utilitatis dominanti prædio Conciliandæ. *L. 7. §. 1. ff. commun. præd.*

§. 3. I. h.

V. *Servitus realis constituitur voluntate Domini* vel Expressa vel Tacita. *Expressa* vel inter Vivos pactis & stipulationibus. §. *IV. J. h. j. l. 136. §. 1. ff. d. V. O.* accedente quasi Traditione. *l. f. ff. d. servit. j. L. 20. C. de pact.* (*f*) vel ultima voluntate, hâc servitus nostra realis constituitur ipso Jure. *d. §. j. l. 19. §. 1. ff. quemadm. serv. am.* vel voluntate *tacita*, ut præscriptione, Jure Civili longi Temporis 10. inter Præsentes, 20. inter absentes. *l. f. C. d. prescr. long. temp. Jure Saxonico 31. ann. 6. sept. & 3. d. a.* LR. *l. 1. a. 29.*

§. 4. I. h.

(*a*) *Servitutum non ea Natura est, ut aliquid faciat quis, sed ut aliquid Patiatur vel non faciat. L. 15. §. 1. ff. d. servit.*

(*b*) *Prædium quod Usui Rustico servit Rusticum, quod Usui Urbano servit Urbanum censetur. a. L. 198. ff. d. V. S.*

(*c*) *A potiore fit Denominatio. a. L. 10. ff. d. Stat. hom.*

(*d*) *Non debet cui plus licet, quod minus est non licere. L. 21. ff. d. R. J.*

(*e*) *Ad Constitutionem Servitutis Realis Duo Prædia Diversorum Dominorum, ratione utilitatis Vicina requiruntur. a. L. 7. §. 1. ff. commun. præd. j. §. III. J. h.*

(*f*) Tra-

(*f*) *Traditionibus & Usucapionibus Jura in Re, non nudis pactis, transferuntur. a. L. 20. C d. pact.*

TIT. IV.

De Usufructu.

I.

S*Ervitus personalis est*, quæ personæ debetur. *a. l. 4. ff. d. serv. præd. rust.* Estque vel Plena: ut Ususfructus, die Frucht-Niessung, vel Minus Plena, ut Usus & habitatio. *Ususfructus* est facultas Utendi fruendi Jure servitutis competens. *L. 5. ff. si ususfruct. pet.* (*a*) Dispescitur in *Verum*, atque is describitur, quod sit Jus alienis rebus utendi fruendi, salva rerum substantia. *PR. I. h.* Pr. I. h. §. *II. J. eod. de* §. *I. vid. n. 2.* & *quasi Usumfructum*, hic est Jus Utendi fruendi re, quæ fuit aliena, & usu consumitur, ea lege, ut finito usufructu Res in Genere vel ejus æstimatio restituatur. §. *II. J. h.* Illius Exemplum est *Jur. Sax. El.* in proventibus partium Metallicarum. *P. 3. C. El. 25.* Jure Civili etiam in Vestimentis Quotidianis. §. *II. J. h.* *Quasi ususfructus finitur* Morte na- §. 2. I. h. turali & Civili, nempe Capitis diminutione maxima & Media tantum. §. *II. J. h. l. 9. l. 10. ff. d. usufr. ear. rer.* Res in quasi usumfructum concessa repetitur aut in Genere aut ejus Æstimatio. §. *II. J. h.* & quidem, cum præstita Cautio non est, condictione sine causa. *a. l. 5. §. 1. ff. eod.* si intercessit cautio actione ex stipulatione descendente.

dente. *v. g.* datis fidejussoribus. *a. l. 10. §. 1. ff. eod.* aut intercedente pacto, *hodie* Condictione ex Moribus.

II. *Ususfructus constituitur vel ultima voluntate:* ut legato e. g. si quis leget alicui (1.) Usum-
§. 1. I. h. fructum. §. *I. J. h. L. 25. ff. d. V. S.* (*b*) (2.) Fundum deducto usufructu. *d. §. j. l. 19. ff. d. Us. & Usufr. leg.* (3.) Usumfructum, alii deducto eo fundum. *d. §.* vel *inter vivos* pactionibus & stipulationibus. §. *I. J. h.* accedente Traditione. *a. l. 3. ff. O. & A. j. l. 20. C. d. pact. l. 7. ff. d. usufr. ear. rer.*

III. *Finitur Verus Ususfructus* (1.) *Morte* Usufructuarii naturali & Civili, Maxima scilicet Me-
§. 3. I. h. diaque capitis deminutione. §. *III. J. h.* e. g. Banno Imperii. *O. C. Part. 2. l. 9. §. 2.* (2.) *Non utendo* per Modum. §. *III. J. h.* in constitutione definitum. *a. l. 10. § 1. ff. quemadm. serv. am.* & Tempus. §. *III. J. h.* 10. inter præsentes, 20. inter absentes. *l. 13. C. d. servit. l. f. C. d. præscr. long. temp. j. l. 16. §. 1. C. h. Jure Sax.* 31. ann. 6. sept. & 3. d. (3.) *Cessione* facta proprietario, idem obtinet cum proprietatem Rei Usufructuarius acquirit: tum enim fit Consolidatio. §. *III. J. h. j. L. 5. ff. si usufr. pet.* item Cessione facta Extraneo abdicandi animo: tum enim nihil agitur, quoad translationem Juris Usufructuarii, & ususfructus interit. §. *III. J. h. j. l. 66. ff. d. jur. dot. L. 15. ff. fam. herc. Hodie* id non ubique, maxime si defecerit dolus, attenditur Perceptionem au-

autem fructuum impune transferre licet. *l. 12. §. 2. l. 38. ff. d. usufr.* (4.) *Rei interitu totali s. naturali.* e. g. Ædium per incendium, Prædii per terræ motum. *§. III. J. h.* nam est Jus in Corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est. *PR. I. h. s. Civili*, ut Publicatione. *a. l. 63. §. f. ff. pro soc.*

IV. Ususfructus dissolutus operatur, ut Dominus nudæ proprietatis incipiat Plenam in re habere potestatem. *§. IV. J. h.* quæ *Consolidatio*, *v. l. 26. ff. d. us. & usufr. leg.* nisi certis modis fieret, inutilis esset proprietas. *§. I. J. h.* §. 4. I. h.

(*a*) *Res Propria nemini servit. L. 5. ff. si ususfr. pet.*

(*b*) *Totum meum est, cujus non potest ulla pars dici alterius esse. L. 25. ff. d. V. S.*

(*c*) *Ususfructus a Personis recedere non potest sine interitu sui. L. 15. ff. fam. herc.*

Tit. V.

De Usu & Habitatione.

I.

SErvitus personalis minus plena est usus & habitatio. *Usus*, der blosse Gebrauch, est Jus rebus alienis ad necessaria Vitæ subsidia utendi, salva earum substantiâ *L. 12. §. 1. ff. h.* (*a*) *§. I. J. h.* habet cum usufructu hoc commune, quod constituitur finiturque iisdem modis, quibus ususfructus. *PR. J. h.* pro parte tamen constitui nequit. *L. 19. ff. h.* (*b*) Pr. I. h.

II. *Usus* in eo *est diversus ab Usufructu*, quod ad necessitatem quotidianam saltem uti licet, unde

unde is, *cui competit usus* (1.) *Sylvæ*, zum nothwendigen Feuer-Holtze, ligna saltem ex ea pro necessitate familiæ capit. *conf. Art. Gen. 31.* (2.) *Fundi* ex eo necessitatibus quotidianis consulere & in eodem sine molestia Domini, eorumque,
§. 1. I. h. qui agros colunt, morari. §. *I. J. h. j. l. 10.* §. *f. L. 11. l. 12. ff. h.* non autem ali Jus, quod habet, vendere, locare aut gratis conducere, potest. *d.* §. *conf. Art. Gen. 32.* §. Es soll. §. Wenn aber. (3.) *Ædium*, eas ipse inhabitare cum familia sua, atque tum hospitem. §. *II. J. h.* inquilinumque pro pensione. *l. 4. ff. h.* recipere, cum vero uxori competit usus eadem, cum marito, habitare pot-
§. 2. I. h. est. §. *II. J. h.* (4.) *Servi Jumentive*, ipse utitur, sed non Ministerium usumve illius ad alium
§. 3. I. h. transfert. §. *III. J. h.* (5.) *Pecoris*, eodem ad ster-
§. 4. I. h. corandum agrum. §. *IV. J. h.* nec non modico illius lacte, uti potest. *l. 12.* §. *2. ff. h.*

III. *Habitatio*, die Wohnungs-Gerechtigkeit, est Jus alienas ædes inhabitandi, & quamvis utilitatem ex illarum habitatione percipiendi.
§. 5. I. h. §. *V. J. h. leg. 13. C. d. usufr.* proinde ædes locabit, quamvis eas non inhabitet. *d. l. d.* §. *Habitatio differt ab usu & usufructu*, dum neque capitis deminutione neque non utendo perit. *l. 10. ff. h. j. L. 10. ff. d. cap. min.* (c) atque hæc claudit
§. 6. I. h tractationem de servitutibus. §. *VI. J. h.*

(a) *Is cui Usus datus est, uti ad Necessitatem, non ad Compendium potest. a. L. 12.* §. *1. ff. h.*

(b) *Frui pro parte possumus, uti pro parte non possumus. L. 19. ff. h.* (c.)

(*c*) *Quæ in facto potius quam Jure consistunt interveniente Capitis Deminutione perseverant, L. 10. ff. d. capit. min.*

TIT. VI.

De Usucapionibus & longi temporis Præscriptionibus

I.

USucapio *s. præscriptio longi temporis* est acquisitio Dominii per possessionis a non Domino bona fide acceptæ, continuationem tempore lege definito. *l. 3. ff. h. PR. I. h. j. L. 28. ff. d. V. S.* (*a*) *De* illius requisitis agit *Vers.* Pr. I. h.

Justa fides, Justus Titulus, Res non vitiosa
Ut res tradatur, tempus quoq; continuetur.

II. *Bona fides* est justa & firma opinio, qua quis credit rem suam esse. *l. 109. ff. d. V. S. a. l. 32. §. 1. ff. h.* eaque necessaria est *Jure Civili* ab initio Usucapionis. *PR. I. h. j. leg. un. C. d. Usucap. Transform.* (*b*) Jure *Canonico* & *hodierno* quovis tempore usucapionis. *C. 5. f. X. d. præscript.* (*c*) *P. 2. C. El. 3.*

III. *Justus est titulus*, idoneus ad transferendum Dominium. e. g. emti, donati, *PR. I. h.* Non sufficit Erroneus, veluti cum in facto erratur. §. *VI. J. h.* nisi concurrat Justa, cur erratum sit, Causa *l. 11. ff. pro emt.*

IV. *Diuturnitas temporis*, exigitur, quæ est *Jure Civili* novo in rebus mobilibus *3.* in Immobilibus inter præsentes *10.* inter absentes *20. PR.*

I. h.

I. h. Jure Saxonico in rebus mobilibus anni *6.* Sept. & 3. *d. a.* LR. *l. 1. a. 28. j.* LR. *c. 16.* idque tempus non nisi ſcienti Currit. *d. art. 28. Carpz. P. 2. C. 3. d. 13.* in Rebus Immobilibus 31. Ann. *6.* Sept. & 3. *d.* LR. *l. 1. a. 29.*

V. Uſucapio expoſcit *Rei traditionem* uſucapienti factam. *l. 9. §. 1. ff. d. public. in rem act.* ut habeat juſtum poſſeſſionis initium. *PR. I. h. L. 11. ff. d. R. J.* (*d*)

VI. *Uſucapio obtinet in re in Commercio con-*
§. 1. I. h. *ſtituta* itaque non uſucapitur liber homo §. *I. J. h. j. l. 103. ff. d. V. O. L. 3. ff. ſi quadr. paup. fec.* (*e*) neque res ſacra, neque res religioſa §. *I. I. h.*

VII. *In Uſucapione deſideratur Res lege uſucapi non prohibita. l. 24. ff. h. Prohibetur* autem res uſucapi ob illius odium vel favorem, *propter Odium* (*1.*) *Res furtiva* etiam ſervus fugitivus. §. *I. J. h.* ſive eum poſſideat fur ſive tertius,
§. 2. I. h. ut emtor. §. *II. J. h.* (*f*) *Deficit* autem *furti vitium*, quando I. abeſt ab alienante affectus furandi, II. Vitium rei furtivæ eſt purgatum, eadem in poteſtatem domini, illam furtivam eſſe ſcientis. *l. 4. §. 12. ff. h.* legitimo modo reverſa, Dominove alia ratione, veluti litis æſtimatione ſoluta,
§. 3. I. h. ſatisfactum. *l. 4. §. 13. ff. eod. j.* §. *III. J. h.* (*2.*) *Res vi poſſeſſa*, i. e. Cujus poſſeſſio a dejiciente, veteri poſſeſſore expulſo, occupata eſt. *l. 1. §. 28. ff. d. vi & vi arm.* ſive eam poſſideat invaſor aut raptor, ſive tertius §. *II. J. h.* niſi hic quoque Vitium Violentiæ fuerit purgatum. §. *III J. h.* Interim

fundo

fundo vacante ob Domini absentiam vel negligentiam, mala fide occupato & in b.f. accipientem translato ejusdem usucapio procedit, vi enim apprehensa non est possessio loci vacantis, & furtum rei immobilis non fit. §. *II. J. b.* Modo verus Dominus alienatione intellecta 10. inter Præsentes, 20. inter absentes tacuerit. *N.119.c.7. j. Auth. Malæ fidei. C. d. præscr. long. temp.*

VIII. *Probibetur Usucapi, ob illius favorem. I. Res Fiscalis* Fisco penitus acquisita. §. *IV. J. b.* §.4. I. h.
siquidem ea 40. Annis præscribitur *l. 4. C. d. præscr. 30. l. 40. ann.* Cæterum bona Fisco nondum nunciata usucapi queunt. *d. §. VI. l.18. ff. b.* ipsique nunciationi Quadriennio præscribitur. *l. 1. §. 2. ff. d. Jur. fisc. j. l. 1. C. d. quadr. præscr. Domanialia* vero *Bona* Immemorabili tempore demum adversus remp. præscribuntur. *a. C. 26. X. d. V. S. (f) l. 2. §. 3. ff. d. aqua & aqv. pluv. arc. act. j. c. 33. X. d. jurej. R. I. d. A. 1548. §. 56.* ceu *resp. F. J. L. M. sept. 703.* Unde non ignoti sunt *hodie* Revisionum, Reunionum, Reductionum Tituli. II. *Res Pupillorum. l. 48. ff. d. acquir. rer. dom.* Minorum. *l. f. C. in quib. Caus. in integr. rest. j. §. V. J. b. §. VI. vid Pr. b. f.* §.5.6. I.h.

IX. *Usucapio requirit possessionem continuatam in persona propria f. successoris sive universalis:* ut hæredis, Bonorum possessoris, licet hic possessor sit in mala fide, quia personam antecessoris, qui justum habuit usucapiendi initium, repræsentat. §. *VII. J. b. Hodie* in hærede usuca- §. 7. I.h.
pio-

pionem continuante etiam requiritur Bona fides. *a.c.f.X.d.Præscript.sive singularis:* ut emtoris. §. *VIII.J.b.* legatarii. *l.14.* §. *1.ff. b.* hic enim Antecessoris sui accessione uti potest, dummodo ipse sit in bona fide. *l.2.* §. *17.ff.pro Emt.*

§. 8. I. h.

X. Usucapio pro Affini agnoscit *Præscriptionem*, eaque est rei Jurisve Acquisitio vel exclusio cum vel sine possessione, & dividitur in (1.) *Temporalem*, quæ brevi sed Extraordinario tempore (non possessione. 3. 10. 20. ut in usucapione) perficitur. *j.* §. *IV. J. b.* & *Tract.mea Syn. Pand. Tb. Pr.t.d. diverſ. temp.præscript. p.572. seq.* Ita Actioni adversus Fiscum vel Domum Venerabilem Principis vel Augustæ pro Dominio, Hypotheca &c. Rerum ab iis Alienatarum intentandæ Quadriennio præscribitur. §. *IX.J.h. l.2. C.d. quadrienn.præscript.* Verum is, qui rem alienatam acquisivit, statim est securus, quæ præscriptio *etiam ad nostros Principes* Statusque Imperii, res Fisci alienantes, applicari potest. (2.) *Longissimi temporis*, & denotat acquisitionem Juris (ut exceptionis reive) per continuam possessionem aut negligentiam 30. vel 40. annorum. *l.3. l.4. Leg.8.pr.* §. *1. C.d. præscript. 30. l. 40. ann. Hodie* in præscriptione rerum possessarum semper requiritur bona fides. *a. C.f. X. d. præscript. P.2. C. El. 3. Jure Sax.* 30. ann. Præscriptioni, etiam actionum, accedit additamentum ann. ann. Sax. 6. sept. & 3. d. *a.* LR. *l.j.a.29.* (3.) *Centenariam*, quæ est acquisitio rei Jurisve per possessi-

§. 9 I. h.

sessionem 100. annorum. *C. 14. X. d. prascript. Nov. 9. j. N. 131. c. 6. N. 111. c. 1.* (4.) *Immemorialem*, quæ est acquisitio rei Jurisve per possessionem aut negligentiam ejus temporis, cujus in contrarium memoria non extat. *C. 1. d. prascript. 6.* (*e*) Hac præscriptione acquiruntur Regalia. *C. 26. X. d. V. S.* (*f*)

(*a*) *Videtur rem alienare, qui eam patitur usucapi. L. 28. ff. d. V. S.*

(*b*) *Bona Fides in Possessore rei Jure Civili saltem Initio Usucapionis. L. un. C. d. Usuc. transfer. at Jure Canonico & Hodierno Tempore Prascriptionis requiritur. C. f. X. d. prascr. C. 1. d. prascr. 6.*

(*c*) *Id quod nostrum est sine Facto nostro ad alium transferri non potest. L. 11. ff. d. R. J.*

(*d*) *Liberum Corpus Æstimationem non recipit. L. 3. ff. si quadrup. paup. fec.*

(*e*) *Furtum sine Affectu Furandi non Committitur. §. II. J. h.*

(*f*) *Immemoriali Tempore prascribuntur Actiones & Jura, qua breviori tempore prascribi non possunt. C. 26. X. d. V. S. C. 1. d. Prascript. 6.*

TIT. VII.

De Donationibus.

I.

D*Onatio* est actus, quo donum in accipientem confertur. *l. 18. ff. d. V. S. PR. J. h. l. 69. ff. d. R. J.* atque hæc dividitur in eam quæ fit mor- Pr. I. h.

tis causa, & inter vivos. *Donatio mortis causa* est actus, quo cogitatione & in eventum futuræ mortis coram 5. testibus aliquid in acceptantem

§. I. I. h. revocabiliter transfertur. §. *I. I. h.* (*a*) *l. 1. l. 2. l. 38. ff. l. f. C. d. donat. mort. cauf. L. f. §. f. C. d. Codicill.* (*b*) *Jure Sax. El.* Donatio mortis causa omnium omnino bonorum non nisi Judicialiter facta subsistit. *P. 3. C. El. 1.* §. Damit nun.

II. Donatio mortis causa *constituitur* Voluntate donantis, qui testamentum facere potest. *a. l. 7. §. f. ff. d. donat. j.* tamen *l. 25. §. 1. ff. d. don. mort. cauf. & Tract. m. syn. Pand. t. d. don. mort. cauf. p. 487.* & Donatarii, qui præsens est, acceptatione. *l. 38. ff. d. donat. mort. cauf.* unde *Legatis exæquatur* non simpliciter, sed fere præcipue intuitu actionum quas producit. §. *I. J. h. L. 15. ff. d. donat. mort. cauf. d. l. 25. §. eod. j. d. Tract. p. 489.*

III. *Donatio Mortis causa tollitur* Donatoris (1.) Liberatione a periculo Mortis, cujus intuitu donatum est. §. *I. J. h.* (2.) Poenitentia. §. *I. J. h. l. 30. ff. d. donat. mort. cauf. j. L. 4. ff. d. adim. vel transfer. leg.* (*d*) & Donatorii Morte ante Donatorem. §. *I. J. h. l. 9. ff. pro soc. l. un. §. 2. C. d. caduc. toll.*

IV. *Donatio inter Vivos* est actus liberalitatis, quo aliquid citra intuitum Mortis irrevocabili-

§. 2. I. h. ter in accipientem transfertur. §. *II. J. h. l. 1. l. 19. §. 2. ff. eod.* Hæc dispescitur in propriam & Impropriam. *Propria* est, qua ex Mera liberalitate Animoque non revocandi aliquid in accipientem

tem transfertur. *l. 1. ff. h. L. 82. ff. d. R. J.* (*e*) Atque hæc *est* 1. Modi (1.) vel Conventionalis vel Realis. *Conventionalis* per Conventionem fit. e. g. pacto legitimo §. *II. J. h.* producitque *Condictionem ex leg. 35. §. 5. C. h.* Competentem illi cui Pacto Donatio facta ejusque hæredibus adversus donatorem ejusque hæredes. *a. l. 49. ff. d. O. & A. l. 24. ff. h.* ad rem donatam præcise tradendam. §. *II. J. h. j. L. 75. §. 10. ff. d. V. O.* (*e*) *Realis* per realem Traditionem fit. *d.* §. (2.) Vel *Extrajudicialis*, quæ extrajudicialiter suscipitur. *d.* §. *II. j. P. 2. C. El. 14. Judicialis*, quæ judicialiter perficitur. *d.* §. Judicialis insinuatio requiritur ad Validitatem Donationis quatenus 500. Solidos (*Jure Sax. El.* Solidus pro Aureo Hungarico s. Ducato accipitur. *P. 2. C. El. 14.* §. so aber) excedit. §. *II. J. h. j. C. 37. d. R. J. 6.* (*f*)

V. *Donatio* Propria *inter Vivos tollitur in Solidum propter* (1.) *Ingratitudinem*, quæ parit *Revocatoriam Actionem*, eaque est Personalis & datur donatori adversus Donatarium ad res donatas, tempore Motæ Actionis apud Donatarium existentes, restituendas. *l. 1. l. 7. C. d. revoc. don.* Cujus Causas 5. recenset *Lex f. C. d. revoc. don.* & Vers. *Ingratum faciunt atrox Injuria, damnum, impia dextra, fides fracta, pericla necis.* (2.) *Liberos Supervenientes;* liberos enim non habentes omnia bona magnamve eorum partem sub tacita hac Conditione, nisi ipsis nascantur liberi, Donasse creduntur. *Leg. 8. C. d. revoc. don.*

VI. *Donatio* propria inter Vivos, quatenus est *inofficiosa*, tollitur per *querelam Inofficiosæ donationis*, quæ datur personis in legitima per donationem defuncti Læsis adversus accipientem, eorumque hæredes ad Donationem, quatenus Legitimam lædit, Rescindendam & donata restituenda. *l. 5. l. 7. C. de revoc. don.* atque sic *pron. F. J. L. M. Febr. 701.*

VII. *Donatio inter Vivos impropria est*, quæ §. 3. I. h. fit ob Causam Specialem. *l. 1. pr. §. 1. ff. h. §. III. I. h.* Qualis *est Donatio propter Nuptias*, das Gegen-Vermächtniß, eaque describitur, quod sit Donatio à Marito Uxori in securitatem & remunerationem Dotis facta. *N. 92. c. 1. N. 61. c. 1.* Fiebat jure Veteri necessario ante Nuptias, Jure novo Justini vero poterat augeri post nuptias, & denique Jure Novissimo Justiniani. *l. f. C. d. donat. ant. nupt.* Constante Matrimonio recte constituitur augeturque. *§. III. J. h.* Jure Civili Quantitati Dotis in Constitutione, Præstatione & lucro Æqualis esse debet. *N. 97. c. 1. Auth. Æqualitas. C. de pact. Convent. tam. sup. dot.* Verum *Mores Germaniæ* Æqualitatem istam fere Generaliter haud exigunt, etiam in *Saxonia*, ceu *pron. F. J. L. M. Aug. 709.* Soluto Matrimonio, nisi aliud Actum vel Consuetudine introductum sit, ad Maritum ejusque hæredes revertitur, sicut Dos ad Mulierem. *C. f. X. d. donat. int. vir. & ux.* (g) Ad Donationem propter Nuptias prope accedit *Dotalitium*, das Leib-Gedinge, quod est

eſt uſusfructus quidam Uxori à Marito aliove, cui hoc incumbit, in Feudo plerumque conſtitutus, ut eodem Vidua facta fruatur ad dies Vitæ, in Remunerationem illatæ, & in Utilitatem Feudi Converſæ; Dotis.

VIII. Donatio inter Vivos pro Affini agnoſcit *Libertatis Dationem ab Uno ex Dominis* Communi ſervo *factam* Pretio Domino alteri pro rata ſoluto, quæ plenam Libertatem tribuit, ſiquidem, ob Favorem Libertatis & Liberalitatis, Abrogatum eſt Jus accreſcendi. *§. IV. J. h. j.* (*b*) §. 4. I. h. *L. 11. C. d. contrah. emt.* Etiam *hodie* in Contractibus non obtinet Jus accreſcendi. *a. l. 110. ff. d. V. O.*

(*a*) *In omni ultima voluntate, Excepto Teſtamento, quinque Teſtes vel Rogati, vel qui Fortuito venerint, uno eodemq; tempore debent adhiberi. L. f. §. f. C. d. codicill.*

(*b*) *Mortis Cauſa Donationes ad Exemplum Legatorum redactæ ſunt fere per omnia. §. I. J. h.*

(*c*) *Ambulatoria eſt voluntas Mortis Cauſa diſponentis usque ad Vitæ Supremum Exitum. L. 4. ff. d. adim. vel transfer. leg.*

(*d*) *Donari videtur, quod nullo Jure cogente conceditur. L. 82. ff. d. R. J.*

(*e*) *Obligatus* ad dandum Dominium omnino transferre tenetur. a. L. 75. §. 10. ff. d. V. O.*

(*f*) *Utile non debet per inutile vitiari. C. 37. d. R. J. 6.*

(*g*) *Soluto Matrimonio ſicut Dos ad Mulierem,*

sic & Donatio propter nuptias redit ad Virum. C. f. X. d. donat. int. vir. & ux.

(*b*) *Libertatis favore Legumlatores multa contra communes regulas Juris statuerunt.§.IV.h.*

TIT. VIII.

Quibus alienare licet vel non licet.

I.

A*Lienare licet Domino. a. l. 21. C. mand. Excipitur* autem (1.) *Maritus* Rei Dotalis Immobilis (non æstimatæ Venditionis gratia. *l. un. §. 9. C. d. R. U. A.*) Dominus. *l. 9. C. d. R. V. Sive* illa (1.) in Italia s. in Provincia sit sita, sive (2.) Alienetur s. Hypothecæ supponatur, s. (3.) Uxor id ignoret s. Consentiat, ne imbecillitas Pr. I. h. sexus Mulieri perniciosa sit. *PR. I. h. L. un. §. 15. C. d. R. U. A.* (*a*) *Jure hodierno* in *Saxonia Elect.* Alienatio Dotalis Prædii ab ipsa Uxore cum Consensu Mariti & Curatoris alius Facta subsistit. *a.* ℒℜ. *l. 1. a. 31. Dec. El. 24.* nec non Consensus Uxoris in Alienationem Mariti Jurejurando Corroboratus ejusdem Revocationem impedit. *a. C. 28. X. d. Jurej.* (*b*) *de §. 1. vid. n. 2.* (2.) *Pupillus Minorve* (sub Cura constitutus) qui *nequit alienare* 1.) *Adeo ut Alienatio* facta (etiam cum Autoritate Tutoris vel Consensu Curatoris) Rerum Mobilium, quæ servando servari possunt, & immobilium *nulla sit, nisi* intercesserit. (1.) Justa & necessaria causa. *l. 6. C. d. præd. & al. reb. min. j. l. 10. C. eod.* (2.) Causæ cognitio. *l. 5. §. 9. 10.*

10. 11. ff. d. reb. eor. qui sub tut. (3.) Solenne Decretum Judicis competentis, veluti in loco administratæ Tutelæ aut Rei sitæ. *l. 3. §. 12. ff. eod. j. Leg. 22. C. d. admin. tut. l. 12. C. d. præd. & al. reb. min.* (*c*) 2.) *Mutuum dando*, unde Nummi extantes vindicari possunt. *§. II. J. h.* Consumti §. 2. I. h. *B. F.* Peti queunt Condictione ex Mutuo. *d. §. l. 19. §. 1. ff. d. reb. cred. M. F.* exigi possunt Actione ad exhibendum. *d. §. L. 131. ff. d. R. J.* (*d*) 3.) *Solutionem Accipiendo* à debitore suo, *aut faciendo. Accipiendo* quoties enim à Debitore ex Fœnoratitia cautione similibusque causis sors. *l. 25. C. d. admin. tut.* vel usura 100. Solidorum quantitatem excedens accipitur. *l. 27. C. eod.* ad plenissimam Debitoris liberationem, præter auctoritatem Tutoris vel Consensum Curatoris, Decreto Judicis, sine impensa debitoris causa cognita, emisso, opus est. *dd. ll. j. §. II. J. h.* Quodsi hæc forma solutionis neglecta, & ex pecunia soluta locupletior factus sit Pupillus Minorve, eandem pecuniam petens repellitur à debitore per exceptionem doli mali. *§. II. J. h. j. L. 206. ff. d. R. J.* (*e*) quæ cessat ista pecunia à Pupillo vel Minore male consumta amissave. *d. §.* Pupillus aut minor solutionem *faciendo* creditori suo, alienare nequit, proinde pecunia soluta non fit accipientis. *§. II. J. h. j. pr. I. d. auct. tut.*

II. *Non Domino Neutiquam alienare permissum est. a. L. 54. ff. d. R. J.* (*f*) *Excipitur Creditor Pignoratitius* Debitore in Mora constituto.

l. 7. C. d. distract. pign. qui, *cum intercessit pactum* (1.) *De alienando*, citra denunciationem aliamve solennitatem, Pignus recte vendit. §. *I.*
§. 1. I. h. *J. h. j. L. 12. C. d. Contrah. vel commit. stip.* (*g*) ita *resp. F. J. L. M. Decemb. 706.* (2.) *De non alienando*, pignus vendere potest, triplici Denunciatione, per intervalla temporis, præmissa. *l. 4. ff. d. pign. act.* (3.) *Nullum*, Distractionem suscipere potest facta vel unica saltem denunciatione elapsoque post eam biennio. *l. f. §. 1. C. d. jur. dom. imp. j. §. I. J. h.* Hæc biennii mora *hodie* plerisque in locis haud desideratur.

(*a*) *Maritus Rem Dotalem Immobilem, ne quidem consentiente Uxore, alienare potest. Pr. I. h. L. un. §. 15. C. d. R. U. A.*

(*b*) *Servandum est Jusjurandum, cum in alterius Præjudicium non redundat, nec observatum vergit in Præjudicium salutis æternæ. C. 28. X. d. Jurej.*

(*c*) *Pupilli Minorisve Immobilia & Mobilia, quæ Servando servari possunt, non nisi justa ac necessaria Causa urgente Præviaque Causæ Cognitione cum solenni Decreto Magistratus distrahere licet. a. L. 6. L. 12. C. d. præd. & al. reb. min. L. 22. C. d. admin. tut.*

(*d*) *Qui Dolo desiit possidere, pro Possidente damnatur: quia pro Possessione dolus est. L. 131. ff. d. R. J.*

(*e*) *Jure Naturæ æquum est, neminem cum alterius Detrimento & Injuria fieri locupletiorem. L. 206. ff. d. R. J.*

(*f*)

(*f*) *Nemo plus Juris in alium Transferre potest, quam ipse habet. L.54.ff. d. R. J.*

(*g*) *Si quis certo tempore se quid facturum daturumve promiserit, Dies interpellat pro Homine, & debitorem in mora constituit. a. L. 12. C. d. contrah. vel commit. stip.*

Tit. IX.

Per quas Personas cuique Acquiritur.

I.

Acquisitio fit vel per nosmetipsos, *PR. J. h.* vel per alios vel Subjectos Potestati vel Extraneos, sunt autem subjecti Potestati vel Patris vel Dominicæ; Patriæ liberi acquirentes parentibus sub diversitate Peculii. Est vero *Peculium* ein abgesondertes Gut, quasi patrimonium, quod Filiifam. a Rationibus Paternis Jure separatum habent. *§.1. J. h.* Dividitur in *Militare*, & occasione Veræ vel Quasi Militiæ acquiritur. In militia sagata s. armata quæsitum *Castrense. l. 11. ff. d. Castrens. pec. j. L. 2. ff. d. SCt. Maced.* (*a*) in Togata Militia s. intuitu studiorum Liberalium vel Officiorum Publicorum acquisitum, *quasi Castrense* dicitur, *l. f. C. d. inoffic. testam. Peculium Paganum* extra veram vel quasi Militiam acquiritur. Atque est vel Adventitium vel Profectitium. *Adventitium* aliunde, non ex re Patris, quæsitum. *§. I. J. h.* Atque illud vel *Regulare*, in quo filius habet proprietatem, Pater Usumfructum. *§. I. J. h. L. 6. C. d. bon. quæ liber.* vel *Irregula-*

Pr. I. h.

§. 1. I. h.

re, in quo filius habet proprietatem & Usumfructum. *l. f. pr. C. d. t. Profectitium* est, quod ex rebus Patris, aut ejus occasione. *l. 5. §. 2. ff. d. jur. dot.* ad filiumfam. pervenit. *§. 1. J. h.* Itaque quæ referuntur ad Peculium Militare Adventitiumque irregulare liberis Jure Proprietatis & Ususfructus cedunt, nulloque Jure parentum sunt. *§. 1. J. h. j. N. 117. c. 1.* at Profectitium est Patris, Jure proprietatis & Ususfructus. *d. §.* Adventitium Regulare vero Jure Ususfructus tantum. *§. 1. J. h.* Jus Civile *Hodie* attenditur *in Saxonia. Dec. El. 62.*

II. In Emancipationis Præmium, cedit patri
§. 2. I. h. Dimidia Pars Ususfructus Adventitiorum. *§. II. J. h. l. 6. §. 3. C. d. bon. quæ lib.* quod in *Emancipatione* Virtuali *Saxonica* non obtinet. *a. P. 2. C. El. 10.* LR. *l. 11. a. 11.* in Formali adhuc obtinere sunt qui tueantur.

III. Intuitu Potestatis Dominicæ *acquiritur Per Servos*, vel proprios vel alienos. *Proprios*, *qui acquirunt Dominis* ex qualibet Causa, *etiam*
§. 3. I. h. (1.) *Ignorantibus & invitis*, §. *III. J. h. (b) j. l. 10. §. 1. ff. d. acquir. rer. dom. L. 133. ff. d. R. J. (c)* (2.) *Possessionem* & per eam Usucapione. *d. §. Servi alieni*, in quibus Usumfructum habemus, ex re nostra operisve suis, etiam possessionem, nobis
§. 4. I. h. acquirunt, reliquum proprietario cedit. *§. IV. J. h. Servi, quos Bona F. possidemus* (idem in Liberis Hominibus, qui à nobis b. f. possidentur, obtinet) ex Re nostra & operis suis nobis acquirunt, etiam possessionem, reliquum Domino

(aut

(aut cum liber homo est ipsi) tribuitur. § *IV. J. b. Hodie* servientes ex Conducto personæ Conductoribus ex operis Locatis, & Glebæ Adscripti homines Proprii, ratione Glebæ servitiorumque inde Præstandorum, Dominis saltem acquirunt. Rustici vero operas suas pro certa mercede locantes eas, quoties nihil ipsorum interest, Domino potius, quam extraneo, apud nos locare jubentur. *fac. l. 16. ff. d. reb. auct. Jud. poss. l. 1. §. f. ff. si a parent. quis manum.* Vom Dienst-Zwange. *Conf.* Policey-Ordnung, *d. A. 1653. t. 23. c. 3. §. 4. C. S. p. 1142.*

IV. *Per extraneos* nobis irregulariter & per Exceptionem *acquiritur*, veluti (1.) *Per Procuratorem* vi Mandati. §. *V. J. b. l. 13. ff. d. acquir.* §. 5. I. *b. rer. dom.* Etiam *bodie* (2.) *Per uxorem* Marito constante Matrimonio. *a. l. 31. pr. §. 1. l. 51. ff. d. don. int. vir. & ux.*

V. Modi acquirendi Civiles universales. 1.) Hæreditas. *L. 62. ff. d. R. J.* (*d*) 2.) Bonorum Possessio. 3.) Arrogatio. 4.) Addictio Bonorum libertatum conservandarum gratia. §. *VI. J. b.* §. 6. I. *b.* commemorantur.

(*a*) *Filiifam. in Castrensi Peculio vice Patrumfam. funguntur. L. 2. ff. ad SCt. Maced.*

(*b*) *Qui in Potestate alterius est nihil suum habere potest.* §. *III. J. b.*

(*c*) *Melior Conditio Dominorum per Servos fieri potest, deterior fieri non potest. L. 133. ff. d. R. J.*

(*d*) *Hæreditas nihil aliud est, quam Successio in*

Uni-

Universum Jus, quod defunctus habuit. L. 62. ff. d. R. J.

TIT. X.

De Testamentis Ordinandis.

I.

Pr. I. h. TEstamentum, (a Testatione Mentis appellatum. *PR. I.h.*) *est* ultima Voluntatis nostræ justa sententia, directam hæredis Institutionem continens, de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. *l.1. ff. qui testam. fac. poss. j.* §.34. *I. d. legat.* (*a*) Dividitur in publicum & privatum. *Publicum* est, quod publica Autoritate & fide sustinetur. *Olim* Calatis Comitiis conditum.
§.1. I. h. §.*I. J. h. Jure novo* est vel *Principi oblatum*, vel Actis insertum. *Illud* Majestati offertur, ut ad ejusdem scrinia referatur, Publicaque illius Autoritate conservetur. *L. 19. C. d. testam. Actis insert. s. Judiciale*, apud Acta cujuscunque Judicii vel Oretenus fit. *a. d. l. 19.* Vel scriptum traditur, ut eorum fide & Autoritate sustineatur. *d. l. j. l. 18. C. d. testam. Conf. P. 3. C. El. 3.*

II. *Testamentum Privatum* fide privata sustinetur. *Olim* conditum est vel in procinctu ab iis, qui in prælium ituri erant. *a.* §. *I. J. h.* Vel per Æs & Libram, *Jure novo est vel Solenne vel Minus solenne. Solenne* septem præcise testibus simul adhibitis solenniter perficitur *Leg. 21. C. d. testam.* Idque vel scriptum vel Nuncupativum. *Scriptum* in scriptis solenniter conditur. *d. l. 21.*

III.

III. *Forma interna* Testamenti hæredis institutione. §. *34. J. d. legat. externa* solennitatibus absolvitur, quæ respiciunt vel Actum testandi, vel Testatorem, vel Testes.

IV. *Actus testandi* debet esse continuus, sive uno continuo Actu absolutus alienoque Actu non interruptus. §. *III. J. b. Leg. 28. C. d. Testam.* §. 3. l. h. *R. I. d. A. 1512.* Ordn. der *Not. t. 2. §. 7.*

V. *Ratione Testatoris requiritur* (*1.*) Rogatio Testium absentium ad Actum testandi. *Leg. 21. C. d. testam.* Fortuito Præsentium Certioratio. *l. 21. §. 2. ff. qui test. fac. R. I. d. A. 1512. t. 2. §. 3.* (2.) Agnitio Testamenti, licet antea Nomine Testatoris ab alio (etiam quoad Nomen hæredis per *N. 119. c. 9.* Quod secus antea constitutum erat. §. *IV. J. b. l. 29. C. d. Testam.*) scripti coram testibus, ejusque subscriptio. §. *III. J. b. Leg. 21. C. d. testam. d. R. I. §. 7.* Nisi totum testamentum Testator conscripserit (quod dicitur Holographum) idque specialiter in scriptura commemoraverit. *l. 28. §. 1. C. d. testam.* §. 4. l. h.

VI. *Testes debent esse* (1.) Cives Romani. *l. 21. C. d. testam.* Id quod *Hodie* non exigitur. Rogati animo & corpore præsentes. *l. 9. l. 21. C. d. testam.* Testamentumque fieri intelligentes. *l. 20. §. 9. ff. qui test. fac. poss.* (2.) Numerò septem. §. *II. III. J. b.* quibus Annumeratur etiam Notarius. *d. R. j. t. 2. §. 2.* Hic numerus *Hodie* in Imperio attendendus est. *d. Rec. Imp.* (3.) Idonei tempore conditi testamenti. *l. 22. §. 1. ff. qui test. fac. poss.* §. 2. l. h.

aut

§. 7. I. h. aut ſaltem pro idoneis publice habiti. §. *VII. J. b. l. 1. C. d. teſt. j. l. 3. ff. ad. SCt. Maced.* (4.) Singulatim ſubſcribentes Propria Manu. §. *III. J. b. L. 21. C. d. teſt. d. R. I.* §. 7. & ſubſignantes. *d. d. ll.*

VII. Subſignatio fieri poteſt vel annulo.
§. 5. I. h. §. *V. J. b.* vel Sigillo §. *III. J. b.* alias Conſueto. *d. R. j. d. A.* 1512. *t.* 2. §. 7. *verb.* Gewöhnlichen *a. l. 4. ff. teſt. quemadm. aper.* ita tamen ut Teſtes etiam omnes uno & alieno uti queant annulo. §. *V. J. b.* ita reſp. *F. I. L. Menſ. Maj.* 710.

VIII. *Teſtes inhabiles ſunt qui* tales eſſe *impediuntur* 1.) Impuberes. 2.) Furioſi. 3.) Muti.
§. 6. I. h. 4.) Surdi. §. *VI. J. h.* aut *probibentur* in Teſtamentis omnibus (1.) Mulieres. §. *VI. J. b. L. 20.* §. *6. ff. qui Teſt. fac. poſſ.* (*b*) (2.) Servi. *d.* §. *VI. j. l. 32. ff. d. R. J.* de hominis propriis conf. *R. I. d. A.* 1512. *t.* 2. §. 7. (3.) Prodigi. §. *VI. J. b. j. l. 11.* §. *1. ff. d. dol. mal.* (4.) Inteſtabiles facti. *d.* §. *l. 18.* §. *f. ff. qui teſtam. fac. poſſ. de* §. *VII. vid. N. 6.* §. 9. *In Teſtamentis certis arcetur a teſtimonio*, & quidem (I.) *Ob Poteſtatem* patriam Fictionemq; Unitatis (1.) *Filiusfamilias* in Teſtamento Patris.
§. 9. I. h. §. *IX. J. j.* §. 4. *I. d. inut. ſtip.* & pater in Teſtamento filii *d.* §.

IX. Etiamſi hic de Caſtrenſi peculio poſt miſſionem teſtetur. *d.* §. *IX.* (2.) *Frater* in Teſtamente fratris (e. g. de quaſi Caſtrenſi peculio.)
§. 10. I. h. in ejusdem Patris Poteſtate exiſtentis. *d.* §. *X. J. b. R. J.* §. *6.* Non autem obſervatur idem 1. Diſſo-

luto

luto potestatis Vinculo. *d.* §. *X.* Quoties ex una Domo plures Testes alieno Testamento adhibentur. §. *VIII. J. b.* (II.) *Ob Negotium quod geritur inter Testatorem & Testem*, nempe ut per Testamentum hæredi acquiratur hæreditas, arcetur a Testimonio 1.) hæres,& qui in potestate ejus est, vel eum in potestate habet. §. *X, J.b.R.I. .dA.1512.t.2.*§.*6.* 2.)Frater cum hærede in ejusdem Patris Potestate existens. *d.* §. *X. d. R. I.* §. *6.* 3.) Pater in Testamento, in quo Filius emancipatus hæres est scriptus. *a. L. 10.ff.d.test.*(*c*) Non Legatarius neque fideicommissarius Particularis siquidem Juris i.e. Universalis,Successor non est. §. *XI. J. b.* §. 8. I. h. §. 11. I. h.

X. Intuitu *Materiæ* in qua Testamentum scribi potest, adhibere licet Chartam, Membranam aliamve Materiam. §. *XII. J. b.* idemque *bodie* attenditur *conf. R. I. A. 1512. t. 1.* §. *19.* §. 12. I. h.

XI. Quoad *Codicum Multiplicationem*: Non tantum uno Codice, sed etiam pluribus, facere licet Testamentum, & cum singuli solenniter sunt consummati vim Originalis habent.§.*XIII.* §. 13. I. h. *J. b. l. 4. ff. d. bis quæ in Testam. del.* etiam *bodie*. Vicissim *Testamenta Conjugum Reciproca* uno Codice perfici queunt. *a. l. 20. ff. d. Vulg. & pup. subst. l. 19. C.d. pact.* cum tamen sint diversa.

XII. *Testamentum Nuncupativum* dividitur 1. Modi probandi in Simplex & comprehensum instrumento. *Simplex* solenniter nuncupatum est, sed in Scripturam non redactum. *a. d. l. 21.*

In

In eo (1.) Solennia ad ſcripturam pertinentia ſunt remiſſa. *Leg. 26. C. d. Teſt.* (*d*) (2.) Teſtes eſſe queunt qui literas neſciunt. *l. 21. C. eod.* non vero qui linguam Teſtatoris, in qua teſtatur, haud intelligunt. *l. 20. §. 9. ff. qui teſt. fac. poſſ.* *Teſtamentum comprehenſum inſtrumento*, Facilioris probationis gratia in Scripturam à Notario redactum eſt. *j. R. I. d. A. 1512. t. 2. §. 5.*

(*a*) *Caput atque Fundamentum totius Teſtamenti eſt Hæredis Inſtitutio. §. XXXIV. J. d. legat.*

(*b*) *Mulier dicere Teſtimonium in Teſtamento quidem non poteſt, alias autem poteſt eſſe teſtis. L. 20. §. 6. ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

(*c*) *Nemo Teſtis idoneus in re ſua intelligitur. L. 10. ff. d. teſtib.*

(*d*) *In Teſtamento Nuncupativo Solennitates ad Scripturam Teſtamenti Scripti pertinentes remiſſæ ſunt. a. L. 26. C. d. teſtam.*

TIT. XI.

De Teſtamento Militis.

I.

TEſtamentum *Minus ſolenne* eſt, in quo, vi Privilegii, hæres inſtituitur, absque Neceſſitate adhibendi præciſe ſimul ſeptem Teſtes. *a. l. 40. ff. h. l. 8. l. f. C. d. teſtam.* Ut (1.) *Parentum inter liberos*, idque eſt Minus ſolennis Diſpoſitio Teſtamentaria de eo, quod parentes inter liberos, hæredes inſtitutos, poſt mortem ſuam fieri volunt. Dividitur in *Scriptum*, quod à parentibus

tibus rite scriptum subscriptumve est. *N. 107. c. 1. Nuncupativum*, quod a parentibus, coram Testibus duobus ad minimum, nuncupatum est. *d. N. l. f. C. fam. herc.* (2.) *Tempore Pestis conditum*, quo, ob justum Contagii metum, coram 7. Testibus, licet non consociatis, hæres instituitur. *Leg. 8. C. d. testam. j. Dec. El. 46. Hodie* idem coram duobus vel tribus saltem Testibus Jure constituitur a Testatore Peste simili ve morbo laborante, cujusve Domus Infecta est. *P. 3. C. El. 4.* (3.) *Rusticum*, quo Rusticus Ruri coram Rogatis 5. Testibus, cum 7. haberi nequeunt, & absque eorum subscriptione, si Literati desint, hæredem instituit. *Leg. f. C. d. testam. R. I. d. A. 1512. t. 2. §. 2.* (4.) *Ad pias causas*, in quo pia causa coram Duobus vel Tribus Testibus hæres instituitur. *Cap. XI. X. d. testam.*

II. *Testamentum* minus solenne est, 5. *Militis* quod a milite in Expeditione constituto hæredem instituente, per declarationem ultimæ Voluntatis, quomodocunque constituitur. *PR. I. h.* Pr. I. h. *L. 1. C. h.* (a) *l. 40. ff. eod.* Extensum est istud privilegium ad non milites in hostico deprehensos: ut Consiliarios, *a. L. un. ff. d. bon. poss. ex test. mil.* Urgente Pari periculi ratione. *Hodie* milites nostri quoque Privilegiatum hoc Testamentum Jure faciunt. Et quidem testamentum fit (I.) *In acie* per nuncupationem coram 2. testibus, licet non rogatis, *a. l. 1. l. 40. ff. b. PR. I. b. l. 20. §. 8. ff. qui testam. fac. j. l. 21. C. d. testam.* Per

ſcripturam ſine ullis Teſtibus. *l. 15. C. b. R. I.* Ordn. der *Not. d. A. 1512. t. 2.* §. *2.* Verum, quando *in Caſtris* faciunt Teſtamentum. 2. Teſtes ſunt neceſſarii. *d. R. I.* Ordn. der *Not. d.* §. *2. Extra Expeditionem.* e. g. in Præſidiis conſtituti, ſolennem Teſtium numerum adhibere tenentur, teſtari tamen, licet ſint Filiifam. de caſtrenſi peculio poſſunt. *PR. I. b. d. R. I.* §. *2.* (II.) Modo

§. 1. I. h. de ipſorum ſerio teſtandi Propoſito conſtet. §. *I. J. b. l. 24. ff. b. j. C. 61. d. R. J. 6.* (c)

III. Fieri poteſt Teſtamentum hoc *etiam* 1.)

§. 2. I. h. *a Muto & Surdo Milite* Caſu tali §. *II. J. b. l. 4. ff. b.* Modo ſuam Voluntatem liquido per ſigna Indicare queat. 2.) Per approbationem Teſtamenti antea non Jure e. g. a Filiofam. Conditi, ſive quid illi adjecerit, ſive detraxerit, ſive alias manifeſte Voluntatem ſuam declaraverit. §. *IV.*

§. 4. I. h. *J. b. L. 25. ff. b.* (*d*)

IV. *Teſtamentum* hoc *Militis durat* (1.) Poſt Miſſionem honeſtam vel Cauſariam intra an-

§. 3. I. h. num §. *III. J. b.* licet Conditio hæredi adſcripta poſt annum extiterit. *d.* §. nam retrotrahitur. *L. 26. ff. d. cond. inſt.* (e) (2). Licet, qui Militare Teſtamentum fecit, arrogatus vel emancipatus fuerit, quaſi nova militis voluntas declarata eſſet.

§. 5. I. h. §. *V. J. b. l. 22. ff. b.*

V. Teſtamentum militis pro Affini agnoſcit *Teſtamentum Quaſi Militare*, à Quaſi Milite Filiofam. de Quaſi Caſtrenſ. Peculio ſolen-

§. 6. I. h. niter conditum. §. *VI. J. b.* e. g. ab Archiatro *l. f. C. d. inoff. Teſtam.* (*d*)

(*a*) *Voluntas Militis in Expeditione Constituti pro Jure Servatur. L. 1. C. h.*

(*b*) *Qui in Hosticulo Versantur cum eadem pericula experiantur, quæ milites, Jura quoque Testandi Militum merito sibi vindicant. L. un. ff. d. Bonor. possess. ex testam. mil.*

(*c*) *Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum. C. 61. d. R. J. 6.*

(*d*) *Fecisse Testamentum Militem Interpretandum est, qui se velle Testamentum, quod ante fecerat, valere aliquo modo declaravit. L. 25. ff. h.*

(*e*) *Cùm quis sub Conditione Heres institutus fuerit Conditione expleta pro eo est quasi Purê Hereditas relicta fuisset. L. 26. ff. d. cond. inst.*

TIT. XII.

Quibus non est permissum facere Testamentum.

I.

Testamenti faciendi Jus habet *Paterfamilias* regulariter. *PR. I. h. j. l. 120. ff. d. V. S.* Pr. I. h.
Sed *non est permissum facere Testamentum* (I.) *Filiofam.* etiam *bodie. Licet* (1.) Pater ei Testamenti factionem permiserit. *PR. I. h. j. l. 3. ff. qui testam. fac. poss. l. 45. §. 1. ff. d. R. J.* (2.) Habeat Peculium adventitium irregulare, *PR. I. h. l. 11. C. qui test. fac. poss.* (3.) Testamentum condiderit & postea suæ potestatis factus decesserit, *PR. I. h. j. L. 19. ff. d. R. J. Præterquam de Peculio*

I 2 *Castrensi*

Castrensi & Quasi castrensi: in eo enim pro Patrefam. habetur. *l. 2. ff. ad. SCt. Mac.* idemq; pleno Jure ad filiumfam. nullo autem ad patrem pertinet. *PR. I. h.* quodsi vero Intestatus decesserit filiusfam. Liberi ejusdem Parentibus in Successione præferuntur. *N. 118. c. 1.* sed defuncti fratres Germani una cum parentibus concurrunt. *d. N. c. 2. j. d. PR.* apud *Saxones*, Parentes Collaterales excludunt. *a.* LR. *l. 1. a. 17.*

§. 1. I. h. II. *Non potest testari 2.) Impubes* ob deficiens animi Judicium. §. *I. J. h.* atque hæc impubertas æstimatur ex anno 14. in Masculis, 12. in fœminis nondum completo. *l. 5. ff. qui testam. fac. poss. j. l. 4. C. eod.* nec valet Impuberis Testamentum quamvis Pubes factus decesserit. §. *I. J. h. j. l. 29. ff. d. R. J. (a)* 3.) *Furiosus, licet* postea compos mentis factus fuerit & decesserit. §. *I. J. h. L. 19. ff. d. R. J. Nisi* intervalla dilucida habeat, iisque durantibus Testamentum facere cœperit, idque consummaverit. *l. 9. C. qui testament. fac. poss. j.* §. *I. J. h.* ante furorem conditum sustinetur, §. *I. J. h. j. l. 85. §. 1. ff. d. R. J.*

§. 2. I. h. III. *Testandi jure destituitur 4.) Prodigus* cui bonorum administratione interdictum est, §. *II. J. h. l. 18. ff. qui test. fac. poss. l. 40. ff. d. R. J. conf. Nov. Leon. 39.* Interim factum ab eo, antequam ipsi bonis interdicitur, Testamentum valet. §. *II. J. h. l. 85. §. 1. ff. d. R. J.* 5.) *Mutus & surdus*, (qui nihil eloqui nec audire potest, §. *III. J. h.*) Naturâ, *Leg. 10. C. qui test. fac. poss.* item Casu

Talis

Talis, *vel Mutus tantum*, nisi scribere queat. *d. l. 10. Surdus tantum*, vero vel scribendo vel Nuncupando recte testabitur. *d. l. 10.* Cæterum legitime condita ab his, ante Vitium illud contractum, Ultima Voluntas, non corruit. §. *III. J. b.* §. 3. I. h.

IV. *Nequit testari 6.) Cæcus, nisi juxta formam in L. 8. C. qui Test. fac. poss. R. J. d. A. 1612. t. 2.* von Testamenten §. *9.* determinatam §. *IV. J. b. ita* scilicet *ut* præter ordinariam Testamentorum Solennitatem 1.) *Adhibeatur Notarius*, eoque deficiente octavus Testis, qui eadem, quæ alias Notarius, expediat. 2.) *Voluntas Testatoris vel nuncupetur*, nempe expresso nomine proprio Hæredis ejusque dignitate, & voluntas Manu Tabularii sub obtutu 7. Testium in scripturam redigatur, *vel scribatur* à quocunque nomine Testatoris, & postea, coram Testibus & Tabulario convocatis, scriptura depromatur, Testatori & Testibus a Tabulario prælegatur, atque Prælecta à Testatore pro ultima Voluntate agnoscatur. *d. l.* 3.) *Notarii* vel Octavi Testis *Testiumque Subscriptio & Subsignatio* addatur. *d. l. j. R. J. d. A. 1512.* Ordn. der *Not. t. 2.* §. *1. 9.* §. 4. I. h.

V. *Jure Civili 7.) Captus ab Hostibus testari non potest*, tanquam Servus, §. *V. J. b.* quod ad Captos ab Infidelibus applicatur. *a. R. J. d. A. 1542. §. II.* interim *Testamentum*, dum *in Civitate* fuerat, *factum*, si redierit, fictione Postliminii, si illic decesserit, Fictione ex Lege Cornelia susti- §. 5. I. h.

 netur.

netur. §. *V. J. h. j. l.6.* §. *5. ff. d. injust. rupt. irr.* etiam *hodie* si spectes captum ab infidelibus. *Ad mortem damnatus hodie* Civitatem & Testamenti factionem Activam habet Salvam, quod *in Sax. El. P. 3. C. El. 6.* confirmat, modo Rei bona per Sententiam fisco addicta non sint. *d. C.*

(*a*) *Quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere. L. 29. ff. d. R. J.*

TIT. XIII.
De Exhæredatione Liberorum.

I.

EXhæredatio est Personæ, cui Legitima debetur, à futura Hæreditate in Testamento Verbis Expressis, vel modis æquipollentibus. §. Pr. I. h. *6. 7. J. h.* facta exclusio *PR. I. h.* (*a*) Dividitur ea ratione 1.) Causæ in Legitimam & Illegitimam. *Legitima* est, quæ ex Causa Legibus Approbata fit. *v. N. 115. c. 3. 4. N. 22. c. 47.* eaque ab Hærede probanda est, cum Exhæredati sint Liberi ceu *pron. F. J. L. Mens. Jul. 704.* vel Parentes *N. 115. c. 3. inf. c. 4. in f. Conf. Dec. El. 52.* *Illegitima* est, quæ ex causa legibus non approbata contingit. Hæc locum facit Querelæ inofficiosi Testamenti. *d. N. 115. c. 3.* 2.) Finis in *factam mala mente.* i. e. in odium exhæredati, & *bona mente*, i. e. favorem exhæredati *l. 18. ff. d. lib. & posthum.*

II Exhæredatio dividitur 3.) respectu modi in formalem & virtualem. *Formalis* expresse &

& nominatim fit. *PR. I. h.* Hæc *necessaria in Liberis* 1.) *Masculini & fœminini sexus*, quando eos Pater non instituit. §. *V. J. h.* 2.) *Natis*, in potestate patria constitutis: ut Filiisfam. *PR. J. h.* etiam Arrogatis vel plene Adoptatis. §. *IV.* §.4. I. h. *V. J. h.* nisi hæredes instituantur, alias Testamentum pro inutili habetur, etiamsi vivo Patre e. g. Filiusfam. moriatur. *PR. I. h. j. l. 1. ff. de reg. Caton. Jur. Sax. El. & hodierno* plerumque Legata hujusmodi Testamento relicta conservantur. *P. 3. Const. El. 9. j. N. 115. c. 3.* 3.) *Posthumis*, nisi instituantur, Masculini Fœmininique Sexus. §. *V. I. h.* ne Præteriti Testamentum rumpant §. 5. I. h. Agnatione sui hæredis. §. *I. J. h.* etiam *bodie*, si- §. 1. I. h. ve sint *posthumi veri.* i. e. Filii vel Nepotes, qui post mortem Patris sui Hæredes nascuntur. §. *I. J. h.* sive *Quasi Posthumi* i. e. Filii vel Nepotes, qui post conditum Testamentum vivo Patre sui hæredes nascuntur aut fiunt. §. *II. J. h.* Sed *Ju-* §. 2. I. h. *re novo* Justa Exhæredationis causa in Posthumos veros nulla ratione *a. L. 33. C. d. inoff. Test.* (*b*) in quasi Posthumos quandoque saltem, cadet; & hoc casu Testamentum per querelam rescindendum erit.

III. Formalis exhæredatio requiritur etiam *in Emancipatis* Jure Prætorio. §. *III. J. h.* & Civi- §. 3. I. h. li Novo, quo Emancipati æque ac sui sunt nominatim exhæredandi vel Instituendi. §. *V. I. h.*

IV. *Exharedatio Virtualis* est, quæ Verbis Modisve æquipollentibus fit, talis esse censetur

Præteritio 1.) *Militis* se liberos habere scientis.
§. 6. I.h. §. *VI. J. h.* sive Jure Militari sive Communi testetur. *l. 9. C. d. inoff. test.* quodsi autem se liberos habere ignoret, haud capienda est odiosa exhæredationis Præsumptio, *d.* §. *Hoc* jus prætereundi Militis, tanquam Privilegium, *non est mutatum* per *Nov. 115. c. 3. pr. c. 4. pr. & in f. j. a. L. 15. §. 26. ff. d. injur.* (*c*) 2.) *Matris*, Avi Materni cæ-
§. 7. I.h. terorumque *per Matrem Ascendentium*. §. *VII. J. h.* Id quod Mutatum non est, per *Nov. 115. c. 3.* licet ea Præteritionis causam exprimi jusserit, adeoque hoc casu querela inofficiosi Testamenti virtualiter ita Exhæredatis competit, ceu *resp. F. J. L. Mens. April. 1710. Jur. Sax. Elect.* tamen Testamentum, in quo Mater vel Ascendens Maternus Liberos suos præteriit, nullitatis vitio laborat, verum Legata conservantur. *a. Part. 3. C. El. 9. voc.* Eltern.

(*a*) *Qui Filium in Potestate habet, curare debet, ut eum Hæredem Instituat vel Exhæredem eum nominatim faciat, alioqui, si eum silentio præterierit, inutiliter Testabitur. Pr. I. h.*

(*b*) *Iniquum est alieno odio alium prægravari. L. 33. §. 1. C. d. inoffic. test.*

(*c*) *Ea quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, quasi neglecta videntur. L. 15. §. 26. ff. d. injur.*

1. Causa Exhæredationis Liberor. 14. ex *N. 115. c. 3.*
Filius exhæres esto (*1.*) *si Verbere Patrem Læserit, N. 115. c. 3. §. 1.* (*2*) *Aut Verbis si Violentus erit. §. 2.*

(3) Criminis accuset si coram plebe parentem §.3.
(4) Misceat aut turpi dira Venena Manu. §.5.
(5) Divitiis dederit si damnum grande parentis.§.8
(6) Nec curam haud sana mente parentis agat. §.12.
(7) Inter colluviem si gaudeat ire malorum. §. 4.
(8) Aut Patrium vetito Scandat Amore Thorū. §.6
(9) Incluso pro Patre fidem si non det. §.8. *(10) Eundē A truce nec variis liberet hoste modis* §. 13.
(11) Si vetet Autorem testari Sanguinis §.9. *(12) Adsit Si levibus mimis quos vel arena juvat.* §. 10.
(13) A Sanctis veterum si degeneraverit Aris. §. 14.
(14) Filia si quæstum corpore sponte facit. §. 11.

2. Causæ Exhæredat. Parentum 8. ex *d.N. c.4.*
(1) Si Capitis natum Pater Accusaverit. N.115. c.4. §.1. *(2) Ejus.*
Aut Vita Insidias clamve palamve struat.§.2.
(3) Si vetuit cupidum Secreta novissima Mentis Prodere. § 4. *(4) Nec veritus sit temerare nurum.* §.3.
(5) Si Pater & genitrix sibi fata scelesta minentur. §. 5.
(6) Fulcra nec ad Nati Clausa Furentis eant.§.6.
(7) Filius Auxilio si non Patris Hostica linquit Limina. §.7. *(8) Si Genitor Numen inane colat.* §. 8.

3. Causæ Exhæredat. Fratrum 3 .*ex N.22. c.47.*
(1) Insidias Vitæ Fratris qui struxerit. *(2) Ejus Crimen apud Populum detexerit Accusator;*
(3) Si Passa est Culpa Fratris Substantia Damnum.

I 5 TIT.

Tit. XIV.
De Hæredibus Instituendis.

I.

Hæredis institutio est futuri successoris in Testamento à Testatore facta Directis verbis designatio. *a.* §.*34. J. d. leg. l. 27.* §.*12. ff. ad SCt. Treb. l.62. ff. d. R. J.* ubi *verba Communia*, quæ recipiunt Sensum Verborum Imperativorum f. Directorum, & Precariorum, pro Directis habentur in dubio. *a. c.1. d. testam. in 6. Novell.118. c.3.* ceu *pron. F. J. L. M. Dec. 705. versus Lubecam, conf. P.3. C. El. 19.* §. Und ob wohl. Est autem hæredis institutio, cum hæres designatur ex juris necessitate. *N. 115. c.3.4. Necessaria*, quando ex libero arbitrio, *Voluntaria a. l. 62. ff. d. R. J.* §.*34. J. d. legat.*

II. *Hæredes institui possunt* omnes qui capere ex Testamento queunt. §.*4. J. d. Hered. qual.*

Pr. I. h. sive Liberi homines. *PR. J. h.* sive servi iique, sive proprii, sive alieni, Proprii cum vel sine Libertatis Datione expressa. *d. PR. j.* §.*2. J. qui & ex quib. caus.*

III. *Servi alieni* adeunt hæreditatem, sive in

§. 1. I. h. eadem causa durent, §. *1. J. h.* sive alienati sint antequam adirent, jussu Domini. *d.* §.

IV. Servi recte instituuntur, etiamsi Dominus sit mortuus, (aut in Utero. §. *II. J. h. (a) l. 7.*

§. 2. I. h. *ff. d. Stat. hom.*) §. *II. J. h. j. l. 61. ff. d. acquir. rer. dom. Servi Communes*, ab extraneo instituti Dominis,

minis, quorum jussu adeunt, pro portione Dominii, acquirunt. §. *III. J. h.* Dicta hactenus de Servis raro *bodie*, & non nisi in Mancipiis Turcicis, Applicari poterunt. §. 3. I. h.

V. *Hæredes instituuntur vel Plures, vel Unus.* Unus institutus in parte hæreditaria, e. g. Semisse, capit Totam Hæreditatem Jure Accrescendi. §. *V. I. h.* (*b*) nisi Testator sit Miles. *d.* §. *L. 7. ff. d. R. J.* (*b*) *etiam hodie.* Partes autem Hæreditariæ constituuntur XII. ubi Denotat Partem ex duodecim Unam *Uncia*, Partes duas *Sextans*, Tres *Quadrans*, Quatuor *Triens*, Quinq; *Quincunx*, Sex *Semis*, Septem *Septunx*, Octo *Bes*, Novem *Dodrans*, Decem *Dextans*, Undecim *Deunx*, Duodecim *As*. §. *V. I. h.* Testatori vero in quantascunque Uncias Hæreditatem dividere licet. *d.* §. §. 5. I. h.

VI. *Plurium hæredum institutio fit* arbitrio Testatoris, §. *IV. J. h.* Eaque suscipitur vel *Uniformiter*, s. eadem ratione, vel difformiter, i. e. diversa ratione. §. *VI. VII. VIII. eod. conf. Tr. Syn. Inst. h. t.* §. 4. I. h. §. 6. 7. 8. I. h.

VII. Ratione Qualitatis hæredis Institutio fit vel *Purè*; vel *sub Conditione.* Pure institutus esse creditur etiam qui ex certo Tempore hæres scriptus est. *a. L. 7. ff. d. R. J.* & cum quis ad certum Tempus Hæres scriptus est, illius Temporis lapsu Hæres esse non desinit. §. *IX. J. h. j. L. 88. ff. d. hæred. instit.* (*c*) id quod nec *bodie* mutatum. *a. l. 27. C. d. Testam.* §. 9. I. h.

VIII.

VIII. *Conditio* sub qua fit Institutio, est Qualitas Actui adjecta, vim ejus conferens in Casum futurum. *l. 39. ff. d. R. C.* & incertum. *l. 9. §. 1. ff. d. novat.* Dividitur in Impossibilem & Possibilem. *Impossibilis* adimpleri nequit, & est talis, vel Natura vel Jure adimplementum impediente. *l. 14.*
§. 10. I. h. *l. 15. ff. d. cond. instit. §. X. J. h.* (*d*) *Possibilis* Adimpleri potest, estque juxta *l. un. §. 7. C. d. cad. toll.* vel *Potestativa*, cujus Impletio à voluntate & Potestate implere debentis dependet. *l. 28. ff. d. cond. inst.* vel *Casualis*, cujus Impletio à fortuito Eventu dependet, vel *Mixta*, eaque partim Potestativa partim Casualis est.

IX. Hæredes Extranei sub quavis Conditione possibili institui queunt. *a. l. un. §. 7. C. d. cad. toll.* filiifamilias saltem sub conditione Potestativa. *l. 4. ff. d. her. inst.* Impossibilis Conditio vero Institutioni addita pro non adscripta habetur. §. *X. J. h. L. 14. ff. de cond. inst.* idemque obtinet si legato vel Fideicommisso adjecta sit. *d.* §. etiam *bodie.*

X. Hæredis Institutioni adjicitur conditio vel Una vel varia, & cum hæc expressa est conjunctim omnibus, disjunctim Uni, satisfacien-
§. 11. I. h. dum est. §. *XI. J. b. j. C. 70. d. R. J. 6.* (*e*)

XI. Hæredes institui possunt etiam ii, quos
§. 12. I. h. testator nunquam vidit. §. *XII.*

(*a*) *Nondum adita Hereditas vicem Personæ defuncti sustinet.* §. *II. J. b.*

(*b*) *Idem ex Parte Testatus & ex Parte Intestatus dece-*

decedere nequit, nisi sit miles. §. *V. J. h. L. 7. ff. d. R. J.*

(*c*) *Qui semel Hares extitit, Hares esse non desinit. L. 88. ff. d. har. inst.*

(*d*) *Impossibilis Conditio in ultimis voluntatibus pro non adscripta habetur.* §. *X. J. h. L. 14. ff. d. cond. inst.*

(*e*) *In Alternativis sufficit alterutrum adimpleri. C. 70. d. R. J. 6.*

TIT. XV.

De Vulgari Substitutione.

I.

Substitutio late sic dicta, Die Affter-Einsetzung, Nach-Erben Satzung, est ulterioris hæredis in locum deficientis Surrogatio. *a.* §. *3. J. d. fideic. hæred. c. 1. d. testam. 6.* dividitur in directam, s. stricte sic dictam. *l. 15. ff. d. vulg. & pup. subst.* & fideicommissariam. *Directa* est ulterioris hæredis institutio in locum deficientis verbis directis facta. *d. l. 15.* dispescitur ea in vulgarem, pupillarem, & militarem. *Vulgaris* est die gemeine Nach- oder Affter-Satzung, quæ fit a quovis Testatore cuique hæredi in Casum si hæres non erit. *PR. J. h.* eaque vel *expressa* quæ nominatim exprimitur, vel *tacita*, quæ sub alia Substitutione subintelligitur. *l. 4. pr.* §. *2. ff. d. vulg. & pupill. Subst.* Pr. I. h.

II. *Substitutio Vulgaris fit vel* 1.) Primo vel ulteriore gradu, in subsidium quoque servus necessa-

cessarius Hæres institui potest. *PR. J. h. Hodie* MancipiumTurcicum. 2.)Ita ut Plures in unius, vel Unus in plurium, vel Singuli in Singulorum locum, item Cohæredes sibi invicem, substitu-
§ 1. I. h. antur. §.*I. J. h. j. l. 4.* §. *1. ff. d. t.* atque hoc casu, cum ex disparibus Partibus Hæredes scripti invicem Substituti sunt nulla partium mentione facta, Partes in institutione expressæ in Substitu-
§.2. I. h. tione censentur repetitæ. §.*II.J.h. L. 24. ff. d. vulg. & pup. Subst.* (*a*) *3.*) Immediate vel Mediate, e.g. per substitutionem factam Cohæredi substituto: quandoquidem Substitutus Substituto censetur
§.3. I. h. etiam Substitutus instituto. §. *III.J.h. l.27. ff.d.t.*

III. *Expressa* Vulgaris Substitutio fit verbis expressis, in casum *si hæres non erit*, quæ formula aliud significat in hærede alieno Juri subjecto, §.*IV.I.h.*aliud in hærede extraneo SuiJuris. *v.Tr. Syn. Inst. h. t.* Cum liber homo ita substitutus est Servo, quem Testator Patremfam. esse arbitrabatur efficit ea Substitutio, ut Substitutus cum Instituto in Partem Dimidiam hæreditatis ad-
§.4. I. h. mittatur §. *IV. I. h. j. l. 164.* §. *1. ff. d. V.S.*

IV. Substitutio Vulgaris *hodie* in Germania maxime in *Saxonia* non recessit ab Usu. *a. P.3. C.El. 8.*

(*a*) *Quando Instituti sibi invicem sunt substituti, creditur Testator ex iisdem Partibus ipsos substituisse, ex quibus eos instituit. a.* §.*II.J.h.L.24. ff. d. vulg. & pupill. subst.*

TIT.

TIT. XVI.
De Pupillari Substitutione.

I.

S*Ubstitutio Pupillaris* est vel Vera vel Quasi, s. Exemplaris. *Vera* constituitur a Patribus. *l. 201. ff. d. V. S.* liberis impuberibus Primi & Ulterioris gradus. §. *1.* §. *4.* *J. h.* & in alterius Potestatem non recasuris. *l. 2. ff. d. vulg. & pup. subst. PR. J. h. §. 8. J. eod.* eaq; est vel Expressa, vel Tacita. Pr. I. h. *Expressa* verbis exprimitur. Atque illa conjungi potest cum vulgari. *PR. J. h. Tacita* est, quæ sub expressa. e. g. Vulgari, applicata filiofam. Impuberi, contineri creditur. *L. 4. §. 2. ff. d. tit.*

II. *Substitutio Quasi Pupillaris s. Exemplaris* est, quæ fit a Parentibus Liberis Mente Captis aliove vitio, propter quod testari nequeunt, laborantibus in eum casum: Si hæredes erunt, & in eo Statu, in quo testari nequeunt, decedent §. *I. J. h. Leg. 9. C. d. impub. & al. subst.* Hæc obtinet §. 1. I. h. etiam *hodie*. *Suscipitur ea Certo Ordine*: scilicet ita, ut post Institutionem mente captorum. *d. l. 9.* Substituantur 1.) Liberi Mente Captorum, *a. N. 18. c. 3. l. 43. ff. d. vulg. & pup. subst.* 2.) Frâtres & Sorores mente capti, *d. l. 9.* Fratribus & Sororibus quoque Deficientibus quosvis substituere permissum. *a. d. l. 9.*

III. *Substitutio Pupillaris continet Unum Testamentum.* §. *II. J. h.* Non Ratione Objecti s. §. 1. I. h. hæreditatis & hæredis instituti, quia est duarum

hæ-

hæreditatum Patris & Filii. §. *II. J. h.* sed respectu formæ solennis. *l. 20. pr. ff. eod.* & Testatoris, Patris scilicet. *Itaque* 1.) Matri Pupillorum non datur adversus illud Querela Inofficiosi Testamenti. *l. 8. §. 5. ff. de Vulg. & pupill. Substit. c. 1. de Testam. 6.* at *Jure Saxon. El.* hæc substitutio nec Matris, nec Aviæ, nec Avi Legitimæ quicquam præjudicat, *P. 3. C. El. 8. Dec. El.* 47. 2.) Si Patris Testamentum non valet, nec Filii subsistit,
§. 5. I. h. tanquam Paterni Testamenti Accessio. §. *V. J. h.*

IV. *In iisdem Tabulis fieri potest* hæc *Institutio & Substitutio*, quodsi vero Pater metuat ne ex palam facta substitutione post obitum ejus periculo insidiarum subjaceat Pupillus substitutionem hanc inferiore tabularum Parte scribere & peculiariter obsignare potest, ac in priori Testamenti Parte cavere, ne inferiores Tabulæ Filio
§. 3. I. h. adhuc Impubere Aperiantur. §. *III. J. h. j. l. 8. ff. testam. quemadm. aper.*

V. *Substitutio Pupillaris fit* a Patre Liberis in Potestate ejus constitutis, etiam Exhæredatis, bona forte adventitia habentibus, nec non Post-
§. 4. I. h. humis. §. *IV. I. h. l. 46. d. vulg. & pupill. subst.* etiam *hodie*, *a. l. 27. C. d. test.* & *ratione Determinationis*, 1.) *Filiorum fam.* quibus substituitur, aut singulis liberis, aut illi, qui eorum Novissimus s. Ultimus Impubes morietur, fit, atq; postremo casu sibi in-
§. 6. I. h. vicem ex Lege ab intestato succedunt. §. *VI. J. h.* Matrem tamen germani, ex *N. 118. c. 2.* Cohære-

dem habent, *Jur. Sax.* mater à successione Fratrem Germanum excludit. LR. *l. 1. a. 17. 2.) Substitutorum* vel nominatim s. specialiter, vel Generaliter suscipitur. §. *VII. J. b. j.* §. *2. J. d. vulg.* §. 7. I. h. *subst.*

VI. Substitutio Pupillaris evanescit pubertate ejus cui facta est Substitutio, in Masculo Anno. 14. in fœmina, 12. §. *VIII. J. b. l. 7. ff. d.* §. 8. I. h. *vulg. & pup. subst. j. l. 4. C. qui testam. fac. poss.* cum sibi hæredem scribere Minores queant, nisi Testamento addita fuerit Clausula Codicillaris: tum enim in Vim fideiCommissi sustinetur, & substituto Hæreditas post Pubertatem, detracta Trebellianica, restituitur, *a.* §. *f. I. d. pupill. subst. l. 17. l. 76. ff. ad SCt. Trebell. j. l. 29.* §. *1. ff. qui testam. facere poss.*

VII. *Substitutio Militaris* s. *Compendiosa est*, qua Miles ex Privilegio Militari, etiamsi Testamentum sibi non faciat. *l. 2.* §. *1. ff. d. vulg. & pup. subst.* Cuivis hæredi futuro substituit in Casum quo ille hæres defecerit. *l. 6. C. d. testam. mil. l. 8. C. d. impub. & al. substit.*

VIII. *Substitutio Fideicommissaria s. Obliqua* est qua Substituto hæreditas vel ejus Pars tribuitur Mediante facto ejus, qui eam Restituere rogatus est. §. *IX. J. b. l. 76. ff. ad SCt.* §. 9. I. h. *Treb.*

TIT. XVII.
Quibus Modis Testamenta Infirmantur.

I.

§. 5. I. h. Pr. I. h. TEstamentum *Nullum*, ab Initio non valet. §. *V. J. b. Validum* vero tollitur quando rumpitur aut irritum fit, *PR. J. h.*

§. 1. I. h. II. *Testamentum rumpitur*, cum Testamenti Jus vitiatur salvo statu Testatoris. §. *I. J. b. idque* contingit. 1.) *Agnatione sui haeredis*, 2.) *Testamento posteriore* jure perfecto. Est autem *Agnatio sui haeredis*, quando post conditum Testamentum nascitur suus haeres, qui nec institutus nec exhaeredatus est. *l. 3. §. 3. ff. d. injust. rupt. irrit. fact. test.* etiam *hodie* ita *resp. F. I. L. M. Dec. 705.* eaque vel *Naturalis*, cum is Actu Naturali Agnascitur, vel *Civilis*, cum is actu civili Agnascitur. §. *I. J. b. j. l. 10. C. d. adopt.*

§. 2. I. h. §. 3. I. h. III. *Testamentum rumpitur* 2.) *Testamento posteriore* Jure perfecto, licet in eo scriptus Haeres Talis factus non sit. §. *II. J. b.* aut ex certis rebus institutus. §. *III. J. b. l. 1. §. 4. ff. l. 13. C. d. haer. inst.* Nisi Testamentum Clausulam Fideicommissariam complectatur de haereditate scriptis in priore Testamento Haeredibus restituenda, quo casu Trebellianicam scriptus in posteriore Testamento haeres deducit, §. *III. J. b. j.* §. 5. 7. *J. ad SCt. Trebell. l. 11. C. ad Leg. Falc.*

IV. Irritum fit Testamentum per Capitis De-

Deminutionem Testatoris. §. *IV. J. h.* sive Maximam amissa Libertate. *l. 6.* §. *5. ff. d. injust. rupt. irr. test. v. g.* per Captivitatem Turcicam, sive Mediam, amissa Civitate *l. 6.* §. *7. ff. eod. e. g. hodie*, Banno Imperii. *O. C. P. 2. t. 9.* §. *2.* sive Minimam, amisso jure familiæ, e. g. per Arrogationem. §. *VI. J. h.* quod adhuc *Hodie* obtinet, Datur tamen ex Testamento irrito Bonorum Possessio secundum Tabulas, quando Testamentum septem Testium signis signatum & Testator mortis tempore non est amplius Capite minutus. §. *VI. J. h.* e. g. si Bannitus Imperii a Banno est absolutus. §. 4. I. h. §. 6. I. h.

V. *Testamentum validum non tollitur Posteriore Imperfecto* 1.) sive solennitatis. §. *II. J. h.* sive Voluntatis intuitu imperfectum sit, quia nullum est, Testamentumque prius nuda voluntate revocari nequit. §. *VII. J. h.* (*a*) Attamen coram tribus testibus accedente Lapsu Decennii. *Leg. 27. C. d. testam.* Nec non Præsentibus 7. Testibus. *a. l. 35. ff. d. R. J.* aut Judicialiter facta revocatio valet. *j. Dec. El. 44.* (2.) Etiamsi Princeps in eo Litis Causa (qui etiam in Testamento Perfecto ita recte non instituitur. *l. 91. ff. d. hær. inst. a. h.* §. *VIII.*) vel scripto solo, Nuda voce, citra Legitimam Solennitatem, hæres institutus sit, quia Legibus hac in Parte cupit vivere. §. *VIII. J. h. L. 23. ff. d. leg. 3. j. L. 31. ff. d. leg.* (*b*) (*c*) §. 7. I. h. §. 8. I. h.

(*a*) *Imperfectum Testamentum sine dubio nullum est*, §. *VII. J. h.*

(*b*) *Princeps Legibus Solutus est. L. 31. ff. d. leg.*

 (*c*) *Li-*

(*c*) *Licet Princeps Legibus Solutus sit, attamen Legibus sæpe vivit. §.VIII. J.h. L.23.ff.d.leg.3.*

Tit. XVIII.

De inofficioso Testamento.

I.

Inofficiosum Testamentum est in quo Personæ, quibus Legitima debetur, sunt rite, sed iniq; exclusæ. *PR. I.h.* Relinquitur Querelæ Inofficiosi Testamenti Locus, etiamsi Præteritio liberorum, qui sui hæredes non sunt, e. g. a Matribus facta, vel Exhæredationis Causa non sit Testamento inserta *a. N. 115. c.3. inf. conf. P.3. C.El.9.*

Pr. I. h.

II. Testamentum inofficiosum parit *Querelam inofficiosi Testamenti, quæ* est vel *Ordinaria,* & competit Exhæredato in Testamento inofficioso, adversus hæredem ad rescissionem testamenti. *a. l.6.§.1.l.28. ff.h. vel Extraordinaria,* atq; ab exhæredato in Testamento inofficioso contra hæredem instituitur, & tam ad Testamenti Rescissionem, quam hæreditatis ab intestato debitæ Avocationem, tendit. *a. l.21. §.2. l.27. §.3. ff. h.* Hæc illâ frequentior ultilior est.

§.1.I.h. §.2.I.h.

III. Querela inofficiosi Testamenti *datur Exhæredatis, 1.) Liberis. §. I. J.h.* etiam plene Adoptatis & Posthumis. *§. II. J.h. 2.) Parentibus. 3.) Fratribus* Sororibus *Germanis & Consanguineis, &* Fratribus quidem si hæres scripta sit Persona, Infamiæ Turpitudinis vel Levis notæ macula laborans. *§. I. J.h. Leg. 27. C.h.e.g.* Spurius.

a.l.

a. l. 3. §. 2. ff. d. decur. in quam Sententiam *resp. F. I. L. M. Oct. 706.* Reliquis cognatis Denegatur Querela, etiam Fratribus Uterinis. *d. l. 27.* quod Jure novo non est mutatum. *a. d. l. j. l. 1. ff. h. atque* ita *resp F. I. L. Mens. Oct. A. 706.* ad *cons. I. B. H.*

IV. *Cessat querela* inofficiosi testamenti, 1.) Si quis ad hæreditatem vel ejus Partem alio Remedio pervenire queat. *§. II. J. h.* ut per Querelam Nullitatis. *a. L. 16. ff. d. min.* (*a*) 2.) Cum quid Legitime Relictum est, licet Minus Legitimâ, Locum enim habet *Actio Suppletoria. §. III. J. h.* quæ est personalis, rei persecutoria, daturq; Liberis & Parentibus quibus Titulo Institutionis. *N. 115. c. 5.* Fratribus & Sororibus quibus (cum debetur. *l. 27. C. h.*) Titulo Quovis. *Leg. 30. C. h.* Legitima non tota relicta est adversus hæredes. *d. N.* ad supplendum id, quod Legitimæ deest. *dd. ll.* 3.) Agnita Defuncti Voluntate. *l. 12. ff. h.* Modo Agnitio fuerit proprio nomine facta, §. *IV. J. h. j. Leg. 7. ff. testam. quemadm. aper.* (*b*) *L. 19. ff. d. R. C.* (*c*) Tutor qui Testamenti merita suo nomine impugnavit, (e. g. per querelam,) & in ista lite usque ad Sententiam improbe perseveravit, legatum in Testamento relictum perdit. *§. V. J. h. l. 8. §. 14. ff. h. j. C. 38. d. R. J. 16.* (*d*) 4.) Quoties Salva est iis, quibus debetur Legitima. *l. 32. C. d. inoff. test.*

§. 3. I. h.

§. 4. I. h.

§. 5. I. h.

V. Est autem *Legitima* Portio facultatum defuncti certis Personis debita ad Excludendam Inofficiosi

§.6.I.h. officiosi Testamenti Querelam. §. *VI. J. h.* Ea *debetur* Liberis & Parentibus *Titulo* Institutionis. *N. 115. c.3.* Fratribus & Sororibus Titulo Quocunque. e. g. Legati, fideicommissi, Donationis Mortis Causa, vel inter vivos. §. *VI. J. h. l.30. C.h.*

VI. Legitima *continet Quantitatem Certam* (olim citra Distinctionem Quartam *h.* §.) ubi Quoties debetur 5. vel Pluribus Est Semis, cum 4. vel Paucioribus, Tertia Pars Substantiæ. *N. 18. c. 1.(e)* nihil tamen prohibet istam Legitimæ Quantitatem Speciali Jure minui, cum ea, quatenus necessaria alimenta complectitur, saltem debeatur ex Jure Naturæ. fac. *N.18. c.3. Const.El. Nov. 2. j. P.3. C.El.12.*

VII. *Legitima Divisio* fit in Capita. §.*VI. J.h.* nisi concurrant Proximiores cum Remotioribus *e.g.* Filii cum Nepotibus. *a. l. 8. §. 8. ff. h. j. N. 118. c. 1.*

(*a*) *Remedium Extraordinarium locum non habet, nisi deficiat Ordinarium. a. L. 16. ff. d. minor.*

(*b*) *Iniquum est Damnosum esse cuiquam Officium suum. L. 7. ff. testam. quemadm. aper.*

(*c*) *Actus ultra Intentionem Agentium nihil operatur. a. L. 19. ff. d. reb. cred.*

(*d*) *Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus est impugnare. C.38. d. R. J. 6.*

(*e*) *Quatuor aut infra dant Natis Jura Trientem, Semissem vero dant Natis quinq; vel ultra. Arbitrium sequitur substantia cætera Patris.* *N. 18. c.1.*

Tit.

Tit. XIX.
De Hæredum Qualitate & Differentia.

I.

HÆredes sunt Personæ succedentes in Universum Jus Transmissibile, quod defunctus habuit. *l. 62. ff. d. R. J. j. l. 3. §. f. ff. quib. mod. Ususfr. vel us. am.* iique dividuntur in Necessarios, Suos, & Extraneos. *PR. J. h.* Pr. I. h.

II. *Hæredes Necessarii* sunt, qui, sive velint, sive nolint, Hæredes esse coguntur: ut Servi instituti a Domino, & tempore Mortis in ejus Potestate Existentes. §. *I. J. h. Hodie* Mancipium §. 1. I. h. Turcicum Hæres Necessarius fieri potest, at non facile in fraudem Creditorum.

III. *Hæredes Sui* sunt Liberi tempore Mortis Paternæ in Potestate Patris. §. *II. J. h.* (*a*) & tem- §. 2. I. h. pore delatæ hæreditatis in proximo gradu existentes. § *7. I. de hær. quæ ab intest.* etiam *bodie*. Hi enim Necessarii erant hæredes, sed Prætor iis dedit *Beneficium abstinendi*, vi cujus hæres suus hæreditatem Jure Suitatis acquisitam Verbis factisve recusare potest. §. *II. J. h. l. 57. ff. d. acquir. vel om. hær.*

IV. *Hæredes Extranei* sunt, qui Tempore Mortis nec in Testatoris Patria nec Dominica Potestate fuerunt. §. *III. J. h.* Tales sunt Liberi §. 3. I. h. Emancipati, omnes autem ratione Matris, etiam *hodie*, unde hi per aditionem acquirunt hæreditatem.

V. In hærede inſtituto requiritur *Teſtamenti factio paſſiva*, quæ eſt facultas capiendi ex alie-
§. 4. I.h. no Teſtamento. § *IV. J. h. l. 16 ff. qui teſt. fac. poſſ.* quam habet Furioſus, infans, filiusfam. Servus alienus. *d.* §. Ab hac diverſa eſt *Teſtamenti factio Activa*, qua quis facere poteſt Teſtamentum. *d.* §. Teſtamenti factio *paſſiva Exigitur in hæredis Inſtitutione pura*, 1.) *Tempore* conditi Teſtamenti, ut conſtiterit inſtitutio. 2.) Tempore Mortis Teſtatoris, quo Teſtamentum confirmatur. *Quando* hæredis inſtitutio *eſt conditionalis* Teſtamenti factio hæc etiam Tempore Exiſtentis Conditionis ſpectatur, quia tum acquiritur Hæreditas. §. *IV. J. h.*

VI. Hæredes habent Beneficium deliberandi & Inventarii, 1.) *Beneficium deliberandi*, eſt Jus Hæredi Suo & Extraneo. *l. 19. C. d. jur. del.* Conceſſum intra certum Tempus in Vires hæreditarias inquirendi & deliberandi utrum hæreditatem acquirere an omittere velit. *l. 1. §. 1. l. 2. l. 5. ff. d. jur. del.* Atque illud Poſtulanti *a Principe* per Annum, *a Magiſtratu* per Novem Menſium Spatium, tribuitur, *l. 22. §. 13. C. d. jur. delib. & Jur. Saxon.* quoq; intra annum Civilem uſurpatur *Dec. El. 57. Semel* autem *agnita hære-*
§. 5. I. h. *ditas omitti nequit. d. l. 19. §. V. I. h.* (*b*) *l. 4. C. d. repud. vel abſt. hær.* niſi impetrata fuerit Reſtitutio in integrum. e. g. a Minore. *d. §. V. l. 7. §. 5. ff. d. min. Jur. Sax. El.* Hæreditatem aditam intra Annum Deliberationis repudiare permiſſum,

juxta

juxta formam in *Dec. El. 57.* definitam. II.) *Beneficium Inventarii* est Jus hæredi suo & Extraneo *L. 22. §. 12. C. d. Jur delib.* concessum, vi cujus, per omnium rerum hæreditariarum legitimam Consignationem, se a periculo hæreditario eximit. *§. V. I. h. Leg. 22. §. 4. C. de Jur delib.* (*c*) Hoc *requirit* 1.) Præcedentem legitimam Obsignationem & Resignationem Bonorum defuncti. 2.) Tabulariorum (hodie Notarius unus sufficit) Adhibitionem. *l. 22. §. 2. C. eod.* 3.) Consignationem omnium rerum hæreditariarum. *d. §.* 4.) Observantiam Temporis legitimi. *d. §. 2.* 5.) Hæredis subscriptionem, qua approbetur Inventarium tanquam bona fide confectum. *d. l. f. §.* 2. quæ subscriptio, cum de gestis ex Instrumento Publico constat, multis in locis necessaria non est. *Jurata specificatio*, quæ Rerum, de quibus Confectum non est Inventarium, Designatione Juramento Confirmata perficitur, apud *Saxones* loco Inventarii est *a.* LR. *l. 1. a. 6. Dec. El. 57. 21.*

VII. *Hæreditatis Acquisitio fit vel per Immixtionem*, quæ est actus quo sui hæredes se hæreditatem ipso Jure delatam suscipere velle Verbo factove declarant. *a. l. 87. l. 20. §. 4. ff. d. acquir. vel omitt. hær.* vel per *Aditionem*, eaque est Voluntatis de Capienda hæreditate delata ab Extraneo hærede facta declaratio. *§. VI. J. h. j. L. 151. ff. d. V. S.* (*d*) Dispescitur in *Aditionem in specie s. Verbalem*, ubi Voluntas suscipiendi hæreditatem Verbis, & pro hærede gestionem *s. Realem*, §. 6. I. h.

 ubi

ubi Voluntas suscipiendi Hæreditatem factis declaratur. *l.20. l. 80. ff. d. acquir. vel om. har.* §.*VI. J. h.*

VIII. *Hareditatis Omissio* est Actus, quo Hæreditas delata respuitur, dividitur in *Repudiationem*, qua Extraneus hæres voluntatem de hæreditate sibi delata non agnoscenda Verbis factisque declarat. *l.95. ff. d. acqv. vel Om. har.* §. *VI. J. h.* & *Abstentionem*, qua suus hæres Hæreditatem Jure suitatis acquisitam Verbis factisve recusat. *l.57. ff. eod.* §. *II. J. h.*

(*a*) *Sui Hæredes vivo quoque Patre quodammodo Domini Rerum Paternarum Existimantur.* §.*II. J. h.*

(*b*) *Qui Hæreditati semel se Immiscuit, eamve adiit, postea Relinqvenda Hæreditatis Facultatem non habet.* §. *V. J. h.*

(*c*) *Conficientes Inventarium Hæreditatem sine Periculo habent, & in tantum Hæreditariis Creditoribus tenentur, in quantum Substantia ad eos devoluta valet. L. 22. §. 4. C. d. jur. delib.*

(*d*) *Delata Hæreditas intelligitur, quam quis potest adeundo consequi. L. 151. ff. d. V. S.*

Tit. XX.

De Legatis.

I.

Legatum h. l. consideratur tanquam ultimarum voluntatum Accessio, idq; alias Modis acquirendi Civilibus & Particularibus annectendum fuisset. *PR. J. h.*

Pr. I. h.

II.

II. ' *Legatum acceptum pro voluntare ultima* eſt ſuprema Conteſtatio, qua Res alicui Titulo Singulari Verbis Directis relinquitur. fac. *l.14. l. ſ. ff. d. Jur. Codicill. l. 120. ff. d. V. S.* at cum capitur *pro Re legata* eſt donatio quædam, *j. l. 67. §. I. ff. d. leg. 2.* a Defuncto Verbis directis facta, ab hærede præſtanda. *§. I. J. h. §. 2. J. d. ſing. reb.* per *fideic. rel.* (*a*) §. 1. I. h.

III. *Legatum habet Naturam æqualem Jure* non veteri, quo aliud erat Legatum relictum. 1.) perVindicationem. 2.)perDamnationem, 3.)Sinendi Modo, 4.) per Præceptionem, *§. II.* §. 2. I. h. *J. h.* Sed Jure *Novo* Sublata eſt Solennitas Verborum, unde quibuscunque verbis legari poteſt. *§. II. J. h. l. 21. C. h.* & Diverſitas Effectus. *l. 1. C. Com. d. leg.*

IV. *Ex Legatis* igitur *deſcendit* *1.) Rei Vindicatio*, quæ Legatario datur adverſus quemvis Poſſeſſorem ad Rei ſingularis corporalis Legatæ TeſtatorisPropriæPræſtationem. *l. 80. ff. d. legat. 2. j. §. II. J. h.* *2.) Actio hypothecaria*, ſ. Qvaſi Serviana, ex Hypotheca Legali Legatariis in reliquis defuncti bonis. *l. 45. ff. d. R. J.* competens, Adverſus Poſſeſſores ad avocandam eorum Poſſeſſionem *l. 1. C. Com. de legat.* *3.) Actio ex Teſtamento*, quæ eſt ſtricti Juris & datur Legatariis (item fideicommiſſariis Particularibus. *§. III. J. h.* &Mortis Cauſa Donatariis. *§. 1. J. d. donat.*) adverſus hæredes aliasve Perſonas oneratas. *d. l. 1.* ad rem legatam &c. cum ſuis Acceſſionibus præſtandam

dam. §.*II. J. h. j. l. 91.* §. *f. ff. d. leg. 1.* Apud *Saxones* ex Testamento Indubitatæ fidei etiam *Executive* Experiri licet juxta *Ord. Prov. d. A. 1555. t.* verfaßte Brieff und Siegel.

V. *Legata fideicommissis Particularibus sunt*
§. 3. I. h. *exæquata l. 2. C. Com. d. leg.* §. *III. J. h.* (*a*) Excepta forma legandi, Verbis scil. directis f. imperativis, cum in fideicommissis Usurpentur verba precaria. §. *II. J. d. sing. reb. per fideic. rel. l. 1. C. Comm. d. leg.* & quod 1.) defuit legatis repletum ex Natura fideicommissorum §. *III. J. h.* 2.) Amplius fuit in Legatis per hoc crevit fideicommissorum natura. §. *III. J. h.*

VI. *Legatum versatur circa res in Commercio*
§. 4. I. h. *constitutas.* §. *IV. J. h.* Unde re extra commercium existente legata, nullius momenti est legatum, & ne quidem ejus æstimatio debetur. §. *IV. J. h.* (*b*) *easque vel proprias* Testatoris. *d.* §. *IV. vel Alienas* aut Hæredis. *d.* §. aut Extranei vel *Ratione 1.) Proprietatis*, & cum Testator illas alienas esse scivit (quod Probandum Legatario) Hæres cogitur easdem redimere & præstare, vel si ipsas non possit redimere, earum æstimationem dare. §. *IV. J. h. j. L. 67.* §. *8. ff. d. leg. 2.* (*c*) *2.) Juris Pignoratitii*: utputa quando res Creditori Obligatæ sunt, ubi, cum scivit Defunctus rem Oppi-
§ 5. I. h. gnoratam esse Hæres eandem luere debet. §. *V. J. h.* nisi Defunctus voluerit Legatarium ipsam luere idque expresserit. §. *V. I. h.*

VII. *Legari* etiam *potest res Legatarii*, atque tum *si* post conditum Testamentum vivo Testatore

tore *Legatarius* earundem *Dominus Factus est ex Causa onerosa:* ut Emtione, illarum Pretium actione ex Testamento consequi potest. §. *VI.* §. 6. I. h.
J. h. (*d*) Nudæ Proprietatis quoque. §. *IX. I. b.* Quicquid Titulo lucrative acquisivit Legatarius, ejus intuitu nulla æstimatio ipsi debetur. *d.* §. *VI. Quando Duobus Testamentis eadem res legata* est & legatario, ex Testamento uno ejus æstimatio, non ipsa res, soluta, ex altero rem ipsam adhuc petere potest. §. *VI. I. h. j. L. 88. ff. d. V. S. e.*

VIII. *Legare licet* etiam *res futuras*, veluti fundi fructus futuros. §. *VII. I. b.* atque hoc legatum ratione transmissionis ad Hæredes est purum *l. 99. ff. de cond. & dem.* quoad Obligationem & Actionem Conditionale. *l. 1. §. f. ff. eod.* §. 7. I. h.

IX. *Legari potest Pluribus* conjunctim. §. *VIII. I. b. Conjunctio* autem Est duorum pluriumve ab eodem Conditore ultimæ voluntatis. *l. 16. ff. quib. mod. usufr. vel us. am.* ad eandem rem facta Vocatio *a. l. 1. ff. d. Usufr. accr.* eaque dividitur in 1.) *Realem*, quando pluribus diversa Oratione eadem res in solidum relinquitur. 2.) *Verbalem*, quando pluribus eadem Oratione eadem res, Partibus Divisis, relinquitur. *l. 89. ff. d. leg. 3.* 3.) *Mixtam*, quando Pluribus eadem Oratione eadem res in insolidum relinquitur. §. *VIII. J. b.* Ista *Conjunctio tribuit* Conjuncto concurrente Singulis partem legati, verum conjuncto deficiente facultatem occupandi Deficientis Collegatarii ratam sive facta sit re tantum, s. verbis tan- §. 8. I. h.

tantum, sive re & verbis simul. i. e. mixtim, conjunctio. *l. 89. ff. d. leg. 3. l. 142. ff. d. V. S. §. VIII. J. h. l. 16. §. f. ff. d. leg. 1.*

X. Regulariter *legari nequeunt res legatarii propriæ*, ejus enim amplius fieri nequeunt. *§. X.*
§. 10. I. h. *J. h.* (*f*) licet igitur alienatæ fuerint nec ipsæ Res debentur nec earum æstimatio Solvenda est. *d. §.*

XI. Legari possunt res Testatoris propriæ, sive Testator 1.) putaverit eas esse alienas, nam plus valet quod in veritate est, legatum sc. rei propriæ, quam quod in opinione, nempe lega-
§. 11. I. h. tum rei alienæ. *§. XI. J. h.* (*g*) *j. §. 4. J. h.* 2.) illas Legatarii esse crediderit, quia exitum Voluntas defuncti habere non potest. *d. §. XI.*

XII. *Si rem suam legavit Testator eamque postea alienavit* citra adimendi animum. *§. XII. J. h.* e. g. ex causa necessaria æris alieni. *l. 11. §. 12. ff. d. leg. 3.* legatum debetur sive res tota, sive
§. 12. I. h. ejus pars alienata sit. *§. XII. J. h. j. l. 76. ff. d. R. V.* (*h*) Ex facta post conditum Testamentum oppignoratione, quia pigno in bonis debitoris manet. *l. 9. C. d. pign. act.* Animus adimendi non præsumitur, adeoque hæres pignus luere tenetur. *§. XII. J. h. l. 3. C. d. leg.*

XIII. *Legatur liberatio*, quando Creditor debitori creditum legat, quo Casu legatarius ejusve hæres, ex obligatione conventus, habet Exceptionem doli mali, item ex Testamento age-
§. 13. I. h. re potest ut liberetur. *§. XIII. J. h. l. 3. §. 3. ff. d. lib.*

lib. leg. sed *cum dilatio Exactionis legata* est Creditor a Debitore ad certum tempus debitum non exigi jubet. §. *XIII. J. b. l. 8. §. 1. ff. d. lib. leg.*

XIV. *Si Debitum a Debitore Creditori legetur inutile est legatum*, *nisi* plus sit in legato quam in debito. §. *XIV. J. b.* Proinde cum debitum, sine pignore constitutum in diem vel sub conditione pure legatur, utile sit legatum, etiamsi vivo Testatore dies venerit, vel conditio extiterit, *d.* §. quandoquidem ex legato quæritur Commodum hypothecæ. *l. 1. C. Comm. d. leg.* §. 14. I. h.

XV. *Quando dotem Maritus Uxori* suæ *legavit* & dotem 1.) accepit, plus sit in legato, quam in dote. §. *XV. J. h.* 2.) Non accepit, vel addita est certæ rei aut Quantitatis Demonstratio & debetur. §. *XV. J. b.* vel omissa est certæ rei aut Quantitatis Demonstratio, & nihil debetur. *d.* §. §. 15. I. h.

XVI. *Legatum efficit ut* propriæ rei pure Legatæ *Dominium in legatarium* post mortem Testatoris *transeat. L. 64. ff. d. furt.* (*i*) Unde interitus ejusdem nocet Legatario, dummodo sine facto hæredis contigerit, factum enim hæredis, sive sciverit, sive ignoraverit rem a se legatam esse, eidem nocet. §. *XVI. J. b. l. 25. §. 2. ff. ad SCt. Treb. L. 155. ff. d. R. I.* (*k*) *creditur* autem *res interiisse*, non cum ex pluribus rebus principaliter legatis una periit. §. *XVII. J. b.* sed quoties res principalis extincta est, neque enim debetur amplius accessio. e. g. Servo mortuo Peculium lega- §. 16. I. h. §. 17. I. h.

legatum. *L.2.ff.d.pec.leg.* (*l*) Fundo cum Inſtrumento legato, fundoque alienato. §. *XVII. J. h.* aut fundo inſtructo legato fundoque diſtracto, Inſtrumenti legatum perit. *d.* §.

XVII. *Debentur res* Principales *legatæ, earumque Acceſſiones*, videlicet 1.) Grege legato Oves, quæ poſt Teſtamentum factum gregi ad-
§. 18. I. h. jectæ ſunt. §. *XVIII. J. h.* Grege autem legato unum quoque caput, cum Grex deſiit, & ad unam Ovem pervenit, vindicari poteſt. *d.* §. *l. 22. ff. d. leg. 1. l. 7. §. f. ff. quod cuj. univerſ.* 2). Ædibus legatis Columnæ poſt teſtamentum factum
§. 19. I. h. adjectæ. §. *XIX. J. h.* 3.) Peculio legato quid ob-
§. 20. I. h. tineat circa acceſſiones. *vid.* §. *XX. conf. Tr. Syn. Inſt. h. t.*

XVIII. *Legari* etiam *poſſunt res incorporales*: ut nomina, & quidem *nomine legato* Hæres Le-
§. 21. I. h. gatario Actiones ſuas præſtare tenetur. §. *XXI. J. h. l. 18. C. h.* niſi teſtator vivus Pecuniam exegerit. Nam hoc caſu legatum extinguitur. *d.* §. Poteſt etiam Teſtator Hæredem ad factum licitum, Domum alterius reficiendam vel certum hominem ab ære alieno liberandum, obligare. *d.* §. *XXI.*

XIX. *Genere* (e. g. agro equove) *legato*, legatarii eſt Electio, niſi aliud Teſtator dixerit. §.
§. 22. I. h. *XXII. J. h.* & licitum eſt eligere Individuum nec Optimum nec peſſimum. *l. 37. l. 110. ff. d. leg. 1.* Optimum vero eligere licet quando relictum eſt *Optionis Legatum. l. 9. §. 1. ff. d. dol. mal.* quod ele-

electione expressis verbis Legatario relicta, datum censetur, atque ad hæredes transit, & cum Legatarius plures hæredes habet, aut pluribus Legatariis legata estOptio, illique inter se dissentiunt in Corpore Eligendo, sorte dirimendum cujus Sententia in Optione Præcellere debeat. §. *XXIII. J. h. j. l. f. C. Comm. d. leg.* §. 23. I. h.

XX. *Legatum relinquitur Personis Testamenti factionem passivam habentibus.* §. *XXIV. J. h.* §. 24. I. h. *sive certis f. incertis.* His olim Legatum, fideicommissum, (licet a milite) libertas, relinqui non poterat. §. *XXV. J. h.* pro incerto etiam §. 25. I. h. habebatur Posthumus Alienus. §. *XXVI. J. h.* §. 26. I. h. ex certis personis incertæ tamen personæ recte legabatur. *d.* §. *XXV.* & valet *Jure novo* legatum incertis Personis relictum, modo ex post facto fiant certæ. §. *XXVII. J. h.* idemque in §. 27. I. h. fideicommissis & hæreditatibus constitutum, attamen incertum Tutorem dare haud permissum est. *d.* §.

XXI. Legare licet personis natis & posthumis, etiam alienis, posteaquam incertis personis legare permissum, Hæredem autem instituere Posthumum alienum & ante licuit, ad effectum impetrandæ Bonorum possessionis secundum Tabulas. *Pr. J. d. Bon. poss.* & nunc licet, Jure Civili, *d. pr.* nisi in utero ejus sit quæ Uxor esse non potest: ut Sanctimonialis. *l. 5. C. d. Episc. & Cler. fac. l. 9. §. 1. ff. d. lib. & Posthum.* §. *XXVIII.* §. 28. I. h. *J. h.* apud Protestantes etiam hanc hæredis insti-

tutionem legatumve hujusmodi par est sustineri. *a. l.6. ff. d. Decur.*

XXII. *Permissum est legare Liberis & servis* non tamen servo hæredis purè, sub conditione eidem recte legatur, legatumque debetur, si tempore conditionis existentis servus in hæredis potesta-
§ 32. I. h. te non sit. §. *XXXII. J. b. j. L. 11. ff. d. leg. 1* (*m*) Ex diverso, cum servus est hæres institutus, Domino ejus etiam pure legari potest, dummodo in eadem causa non permaneat, jussuque Legatarii non adeat: tum enim Evanescit Legatum. §.
§ 33. I. h. *XXXIII. J. b. j. L. 140. §. 2. ff. d. V. O.* (*n*) *Hodie* hæc non nisi ad Mancipia Turcica applicare licebit.

XXIII. *Legatum non vitiatur propter 1.) Errorem in nomine Legatarii*, cum de persona con-
§. 29. I. h. stat. §. *XXIX. J. b.* (*o*) idem in hæredibus servatur. *d.* §. atque hoc *bodie* merito etiam attenditur. 2.) *Falsam Demonstrationem supervacuam.* Est autem *Demonstratio* Descriptio Le-
§ 30. I. h. gatarii reive legatæ. §. *XXX. J. b.* (*p*) eaque vel *Necessaria*, sine qua Voluntas Testatoris intelligi nequit. §. *XXX. J. b.* vel *supervacua*, sine qua Voluntas Testatoris intelligi potest. Hæc cum falsa est ultimam voluntatem non vitiat, illa tamen §. *XXX. J. b. l. 17. ff. d. cond. & dem.*

XXIV. *Causa* est ratio Impulsiva, propter quam aliquid relinquitur. Ea respicere potest Tempus Præteritum vel futurum. *a. XXXI. J. b.* & cum falsa deprehenditur non nocet, quia ani-

mum

mum puram Liberalitatem exercendi non excludit. *l. 17. §. 2. ff. d. cond. & dem.* ita *resp. F. J. L. Mens. Mart. A. 701.* nisi, Testatorem Conditionem expressisse, vel de ea sensisse, probetur. *a. §. XXXI. J. h. l. 72. §. 6. ff. d. cond. dem.* A Causa differt *Modus*, tanquam causa finalis propter quam aliquid relinquitur. Quodsi Causa finalis cesset, ipsum Legatum deficit. *l. 72. §. 6. ff. d. cond. & dem. a. l. 75. ff. ad SCt. Treb.* exsolutumque, modo non secuto, repeti potest. *a. l. 1. l. 2. C. d. his, quæ sub mod.* §. 31. I. h.

XXV. *Quoad Ordinem Dispositionis* licet legatum ante & post hæredis institutiones, atque inter medias Hæredis Institutiones relinquere. *§. XXXIV. J. h. (q) j. l. 24. C. d. testam.* Nihilominus etiam *hodie* Caput & fundamentum testamenti est hæredis institutio. *d. §. Dec. El. 46.* §. 34. I. h.

XXVI. *Legatum non vitiatur etiamsi* 1.) *Post mortem hæredis aut Legatarii relinquatur:* Ita enim Fideicommissa dare jam antea permissum erat. *l. 5. §. 1. ff. d. leg. 3. §. XXXV. J. h.* posteaque Obligationem recte ab hæredibus inchoari voluit Justinianus in *L. un. C. ut Action. & ab hær. & contr. hær.* 2.) *Pœna nomine fit datum.* Jure sc. Veteri Neutiquam, quo sic Legari prohibebatur etiam 1. Principi. 2. a Milite. 3. Libertas, & 4. Hæres adjici Pœnæ nomine non poterat. *§. XXXVI. J. h.* nec Pœnæ Nomine legatum adimi aut transferri. *d. §.* at *Jure Novo*, quo, quicquid ad coërcendum hæredem vel Le- §. 35. I. h. §. 36. I. h.

 gata-

gatarium vel fideicommissarium dispositum est, siquid contra Voluntatem defuncti faceret, vel non faceret, ad tuendas voluntates Ultimas, sustinetur; sive quid detur, sive adimatur, sive transferatur, *dummodo* Pœnæ Nomine haud disponatur in Eventum, si quid Impossibile Natura vel Jure, aut alias probrosum, juxta voluntatem defuncti factum non fuerit. *§. XXXVI. J. h. L. un. C. d. his quæ pœn. nom. in testam. vel codicill. (r) j. l. 8. ff. d. cond. Inst. Instr. Pac. Osn. & Mon. art. 5. §. 30.*

(*a*) *Omnia Legata sunt Fideicommissis Particularibus Exæquata. §. III. J. h. Excepta Legandi Forma. §. II. J. de sing. reb. per fideic. rel.*

(*b*) *Semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit. §. IV. J. h.*

(*c*) *Non Præsumitur Testator Hæredem gravare voluisse. L. 67. §. 8. ff. d. leg. 2.*

(*d*) *Duæ Lucrativæ Causæ in eundem Hominem & eandem rem concurrere non possunt. §. VI. J. h.*

(*e*) *Nemo eum, qui Pecuniam Numeratam habet, habere dicit quicquid ex ea Parari potest. L. 88. ff. d. V. S.*

(*f*) *Quod Proprium est alicujus, amplius ejus fieri non potest. §. X. J. h.*

(*g*) *Plus valet quod in Veritate est, quam quod in Opinione. §. XI. J. h.*

(*h*) *Quæ in Tota Re obtinent etiam in Parte intelligenda sunt obtinere. L. 76. ff. d. R. V.*

(*i*) *Res quæ Legantur recta via ab eo qui legavit ad*

ad eum, cui Legata sunt, transeunt. L. 64. ff. d. furt.

(*k*) *Factum cuiq; suum non Adversario nocere debet, L. 155. ff. d. R. J.*

(*l*) *Quæ Accessionum Locum obtinent extinguuntur, cum Principales Res peremtæ fuerint. L. 2. ff. d. pecul. leg.*

(*m*) *Ex Persona sua sibi nemo Obligari potest. L. 11. ff. d. leg. 1.*

(*n*) *Extinguitur Obligatio si in eum Casum inciderit, a quo incipere non potest. L. 140. §. 2. ff. d. V. O.*

(*o*) *Nomina Significandorum Hominum Gratia reperta sunt: qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest. §. XXIX. J. h.*

(*p*) *Falsa Demonstratio (supervacua) aut falsa Causa (Impulsiva) Legato Adjecta eidem non nocet. §. XXX. §. XXXI. J. h.*

(*q*) *Incivile est Scriptura ordinem sequi, Spernere autem Testatoris Voluntatem. §. XXXIV. J. h.*

(*r*) *Licet & ab Heredibus & contra Heredes incipere Actiones. L. un. C. ut action. & ab her. & contr. her.*

TIT. XXI.

De Ademtione Legatorum & Translatione.

I.

Legata tolluntur I.) *Ademtione*, quæ est Declaratio Voluntatis, qua Legatum vel fidei-

 com-

commiſſum illi, cui antea recte relictum eſt, ab
Pr. I. h. eo, qui hoc reliquit, adimitur. *PR. J. h. l. 1. ff. d. adim. vel. transfer. leg. & fit* 1.) *Verbis*, iisque Directo Contrariis aut æquipollentibus. *PR. J. h. j. l. 29. ff. d. adim. vel transfer. leg.* expreſſis ſive eodem Teſtamento ſ. Codicillis. *d. PR.* coram 5. Teſtibus. *a. l. f. §. f. C. d. Codicill. j. l. 35. ff. d. R. J.* 2.) *Factis*, ad Ademtionem tendentibus aut directe, aut indirecte: ut Alienatione voluntaria. *l. 18. ff. d. adim. vel transf. leg.* etiam *hodie* II.) *Translatione*, quæ eſt ultima Conteſtatio (e. g. coram 5. teſtibus facta) qua legatum antea relictum immutatur, & aliud conſtituitur.
§. 1. I. h. *§. I. J. h. l. 5. l. 6. ff. d. adim. vel transfer. leg.* Nihil intereſt ſive in eodem Teſtamento ſive in Codicillis ſuſcipiatur. *d. §. 1.* eaque contingit ſi mutetur 1.) Perſona Honorata. 2.) Perſona Onerata. 3.) Res legata. 4.) legandi Modus. *l. 6. ff. eod.*

Tit. XXII.

De Lege Falcidia.

I.

Legata minuuntur per Legem Falcidiam, quæ Noviſſime Legatis modum impoſuit, *PR.*
Pr. I. h. *J. h. l. 120. ff. d. V. S.* & (à Tribuno Plebis Falcidio dicta) *Eſt* Plebiſcitum quo libertas totorum bonorum Dodrantem (i. e. 9. Uncias, ſ. tres partes) legandi relinquitur, & hæredi ultra Dodrantem onerato facultas Quadrantem

(i. e.

(i. e. tres Uncias, f. quartam Partem) detrahendi & retinendi conceditur. *PR. J. h. leg. 1. ff. h.* Itaque *Falcidia est* portio, quam hæres, ultra Dodrantem oneratus, ex Legatis deducit, ut quartam bonorum partem Jure hæreditario salvam habeat. *PR. J. h. l. 74. ff. h. conf. P. 3. C. El. 1.* Atque hæc in Utilitatem hæredis, ne commodo destitueretur. *l. 71. ff. h.* & Testatoris, ne Intestatus moreretur, inventa est. *PR. J. h.* & ab hoc prohiberi potest. *Auth. Sed cum Testator C. eod.* modo id expresse fiat. *N. 1. c. 2. §. 2. Dec. El. 43.*

II. *Falcidiæ detractio impetratur vel per Actionem. l. 26. ff. h. vel per Exceptionem. v. g.* doli mali, Jure Retentionis. *a. PR. J. h. l. 16 ff eod.* & fit etiam à singulis hæredibus, qui suæ partis hæreditariæ, quartam non habent salvam. *§. 1. J. h.* §. 1. I. h.

III. *Falcidia æstimatur ratione* I.) *Temporis* juxta Quantitatem hæreditatis, quæ tempore mortis fuit, fortuitumque Incrementum Hæredi prodest, Decrementum nocet. *§. II. J. h.* qui tamen posteriore casu, ob libertatem non adeundi hæreditatem, indirectè potest compellere legatarios &c. ut secum in Portione paciscantur, ne destituto Testamento nihil consequantur. *§. II. J. h.* Quæ Indirecta Cogendi licentia nec *hodie* inanis est. II.) *Computationis* 1.) *Deductis Deducendis, deducitur* autem (1.) *æs alienum. §. III. J. h.* ex bonis enim solvenda sunt legata, *l. 6. C. eod. j. L. 39. §. 1. ff. d. V. S. (a.)*

§. 2. I. h.

§. 3. I. h.

 (2.) *Fu-*

(2.) *Funeris impensa. d.* §. *III.* ob favorem quem meretur, *j. L. 45. ff. d. relig.* (*b*) *P. 1. C. El. 28.* (3.) *Pretium Servorum manumissorum. d.* §. *III.* quod postremum *hodie* applicari solet Legatis ad pias caussas. *a. N. 131. c. 12.* (4.) Si quid ultra Bonorum Quantitatem legatum est. *d.* §. *III.* 2.) *Ex Quantitate, quæ hæredi deest*, quo minus Quartam habeat Salvam, proinde quandoque quarta, quandoque Octava detrahitur, eaque Singulis Legatariis pro rata decedit. §. *III. J. h.* In nonnullis Germaniæ locis, v. g. ReP. Norica, Falcidiæ Beneficium haud obtinet.

(*a*) *Bona intelliguntur cujusque, quæ deducto Ære alieno supersunt. L. 39.* §. *1. ff. d. V. S.*

(*b*) *Impensa Funeris semper ex Hæreditate deducitur, & omne Creditum præcedere solet, cum bona Solvendo non sunt. L. 45. ff. d. religios. & sumt. fun.*

TIT. XXIII.

De Fideicommissariis Hæreditatibus & ad Senatus Consultum Trebellianum.

I.

Pr. I. h. **F**ideicommissum est ultima Voluntas, qua verbis precariis alicui aliquid relinquitur. *PR. I.*
§. 1. I. h. *d. sing. reb. per fideicomm. rel.* §. *I. J. h.* ab Initio ex libera Voluntate rogati pependit, postea vero ex Juris Necessitate Restituendum fuit. §. *I. J. h.* Dividitur in Universale, & Particulare,

Uni-

Universale est ultima contestatio, qua verbis Precariis alicui Tota Hæreditas vel Pars ejus ab hærede præstanda relinquitur. *PR. §. VIII. J. h.* Hoc *requirit*, cum Testamento datur, validam Hæredis institutionem. §. *II. J. h. j.* §. *34. I. d. legat.* nec non ut Hæres Hæreditatem adeat, *L. 181. ff. d. R. J.* (*a*) etiam *hodie*, modo Testamento non sit adjecta Clausula Codicillaris. *a.* §. *3. l. testam. quemadm. infirm. l. 29.* §. *1. ff. qui test. fac. poss.* & *Relinqui potest* vel purè, vel sub conditione, vel ex certo die. §. *II. J. h.* §. 2. I. h.

III. In fideicommisso Universali Hæreditate restituta *Fiduciarius hæres*, qui rogatus est restituere Hæreditatem vel ejus Partem, Hæres manet. §. *III. J. h. l. 88. ff. d. hær. inst.* & *Fideicommissarius*, cui restituitur hæreditas vel ejus pars ex Fideicommisso, loco hæredis habetur, scilicet ex SCto Trebelliano Novo. §. *VII. J. h. j.* §. *IV. V. J. eod.* §. 3. I. h.

IV. Post vetus SCtum Trebellianum. §. *IV. J. h.* §. *VI. J. h.* & Pegasianum. §. *V. VI. J. h.* *Novum SCtum Trebellianum* Plena Auctoritate hæreditatum in Fideicommissariarum Restitutione donatum, vi cujus Hæres Fiduciarius, *1.*) vel sponte vel coactus totam Hæreditatem restituens omne onus & emolumentum Hæreditatis in Fideicommissarium transfert; at, si *2.*) Quartam, vel quod illi deest, ex Fideicommisso deducat Fiduciarius, Quarta Pars onerum ab eo suscipienda est, §. *VII. J. h.* (*b*) *l. 1. l. 2. C.* §. 4. I. h. §. 5. 6. I. h. §. 7. I. h.

L 5 *ad*

ad. SCt. Treb. Si vero *3.*) Quarta Minus (e.g. Unciam) Restituat ex voluntate defuncti, onera a fiduciario & Fideicommissario pro rata ferenda

§. 8. I. h. sunt, §. *VI. VII.* §. *VIII. J. h.* Describitur *Trebellianica*, quod sit Portio, quam Hæredes Fiduciarius Fideicommisso Universali gravatus ex Fideicommisso deducit (aut per errorem facti indebite solutam repetit. §. *VII. J. h. l. 9. C. ad L. falc.*) ut Quartam Hæreditatis Partem salvam habeat, sub Necessitate Onus hæreditariarum pro quarta parte ferendi. *d.* §. *VII.*

V. *SCtum Trebellianum locum habet 1.*) *Etiamsi* hæres ex asse vel Parte Institutus Quarta parte retenta jussus est vel hæreditatem totam

§. 9. I. h. vel partem alii restituere. §. *IX. J. b.* adeoque tum actiones inter Fiduciarium & Fideicommissarium dividuntur. *d.* §. *l. 30.* §. *3. ff. ad SCt. Trebell.* *2.*) *Non si re aliqua Præcepta* vel deducta *Fiduciarius rogatus sit restituere Hæreditatem*, nam Fiduciarius instar Legatarii rem præceptam deductamve habet sine ullo onere Hæreditario, & onus illud omnino in fideicommissarium transit, *sive 1.*) Res præcepta deductave sit exigui pretii sive maximam hæreditatis partem contineat, sive. *2.*) Deductio aut Præceptio Unius rei, sive plurium rerum tributa sit, sive *3.*) Corpus sive quantitas certa præcipienda aut deducenda relicta sit. §. *IX. J. b.*

VI. *Fideicommissum Universale imponi potest etiam 1.*) *Hæredi ab intestato*, sive ex Jure Civili

s. ex

ſ. ex Prætorio ſuccedat. §.*X.I. b.j.L.8.§.1.ff.d.* §.10.I.h.
jur.codic. (*c*) e.g. adhibitis quinque teſtibus coram quibus etiam ab hærede iſto in codicillis legare licet, poſt Exæquata legata fideicommiſſis *d.§.X.l.8.C.qui Teſtam.fac.poſſ.l.38.ff.d.cond. &.dem.j.§.3.J.d.leg.l.2.C.Comm.d.leg.* 2.) *Fideicommiſſario* ob commodum quod capit. §.*XI.* §.11. I.h.
J.b.j.L.9.C.d.Fideicomm. (*d*)

VII. *Fideicommiſſum Univerſale probare licet, cum Teſtator fidei Hæredis ſui commiſit ut hæreditas reſtitueretur,* licet nulli vel pauciores quam quinque adfuerint teſtes, *per delationem Jurisjurandi, idque is, cui delatum, præſtare tenetur ſub pœna confeſſi, modo* 1.) deferens de Calumnia juret, §.*XII.I.b.* 2.) Relatio Jurisjurandi locum §.12.I.h.
non habeat. *a.l.38.ff.d.jurej.l.9.C.d.reb.credit. & jurej.* 3.) Hæres tempore relicti fideicommiſſi præſens fuerit. *a.d.* §. *XII. l.f.C.d.fideicomm. ita pron. F.I.L.M.Jun.701.* præſentem igitur pro rata tantum obſtringi *reſp. F.I.L.M.Febr. A.703.* 4.) Hæres Conſcientiam ſuam per probationes non defendat. Atque hæc juramenti delatio quoque relicto ab hærede Legatario &c. Fideicommiſſo ſingulari (*ita reſp.F.I.L.M.Oct. 704.*) Legatove merito obtinet. *a.d.* §. *XII.j.§.3. J.d.legat.*

(*a*) *Si nemo ſubiit Hæreditatem, omnis vis Teſtamenti Solvitur. L.181.ff.d.R.J.*

(*b*) *Legislatori in Legibus merito magis ſimplicitas, quam difficultas placet.* §.*VII.j.b.*

(*c*) *Qui*

(c) *Qui Intestatus moritur creditur proximis Hæredibus suis sponte sua relinquere Legitimam Hæreditatem. L. 8. §. 1. ff. d. jur. codicill.*

(d) *Ab eo, qui nihil a defuncto accepit, nihil per Fideicommissum relinqui potest. a. L. 9. C. d. fideic.*

TIT. XXIV.

De Singulis Rebus per Fideicommissum relictis.

I.

F*Ideicommissum Particulare* s. singulare est ultima Voluntas, qua verbis Præcariis res

Pr. I. h. singularis relinquitur. *PR. J. h.* Hoc imponi potest hæredi, Fideicommissario, item Legatario. *PR. &. §. I. J. h.* licet ab hoc legari non potuerit ante, quam legata fideicommissis exæquarentur. *l. 2. C. Comm. d. leg. §. 3. J. d. d. legat.*

II. *Fideicommissum Particulare versatur in Genere* circa res fideicommittentis proprias & alienas, non tantum hæredis legatarii aut fideicommissarii, sed etiam extranei, atque hoc casu vel ipsa res redimenda & præstanda est, vel

§. I. I. h. ejus æstimatio. *§. I. J. h (a) dummodo* 1.) a sciente Fideicommissum rei alienæ sit relictum, *a. L. 14. §. f. ff. d. leg. 3. §. 4. J. d. legat. j. §. 3. j. eod.* 2.) Fideicommissarius non amplius oneretur, quam est honoratus, nam, quod amplius est, inutiliter relinquitur. *§. 1. J. h. l. 1. §. 17. ff. ad SCt. Trebell. In specie* circa Libertatem, de qua danda rogari

potest

poteſt. Hæres, Legatarius & Fideicommiſſarius, ſive Servus ſit fideicommittentis, ſ. hæredis, ſ. legatarii, ſ. Extranei, ſervus autem ex fideicommiſſo Manumiſſus Manumittentis ſit libertus, at is, cui legata libertas, Teſtatoris eſt libertus qvaſi Orcinus. §. *II. J. h.* §. 2. I. h.

III. *Fideicommiſſum relinquitur verbis Precariis*, ut: Peto, Rogo, Volo, Mando, fideicommitto, ſive ea adhibeantur ſingula ſ. omnia. § *III. J. h.* §. 3. I. h. item verba, non dubito, cupio, opto, credo, deſidero, ſufficiunt. *a. l. 67.* § *f. ff. d. leg. 2. l. 115. l. 118. ff. d. leg. 1. ceu reſp. F. I. L. M. Nov. 703.*

(*a*) *Non poteſt quis quam rogari, ut alicui reſtituat plus quam ipſe acceperit.* §. *I. J. h.*

TIT. XXV.

De Codicillis.

I.

C*Odicilli* ſunt ultima Voluntas, in qua absque hæredis Inſtitutione & ſolennitate ordinationis alicui Hæreditas vel ejus Pars, vel res ſingularis, relinquitur. *a. l. 6. l. 20. ff. l. 7. C. ht* *Hi Originem habent* ex eo, quod illorum uſum in Perſona Lentuli admiſit Auguſtus poſteaque Trebatii aliorumque JCtorum Suffragio accedente, maxime ob Utilitatem eorum in Peregrinationibus codicilli approbari cœperunt. *PR. I. h.* Pr. I. h.

II. *Codicilli dividuntur in conditos* 1.) *Cum Teſtamento*, qui ſunt Acceſſiones Teſtamenti hæredemque Inſtitutum plerumque onerant; ſive

five poſt Teſtamentum, five cum ipſo Teſtamento, five ante Teſtamentum, facti ſint, dummodo appareat eum, qui Teſtamentum fecit, a voluntate, quam Codicillis expreſſerat, non receſſiſſe.
§.1. I. h. §. *I. J. h. l. 3. C. eod.* 2.) *Sine Teſtamento*, quæ hæredes ab inteſtato venientes plerumque onerant. §. *I. J. h.* e. g. legatis. *l. f. ff. h. fideicommiſſis. l. 3. ff. h.*

III. *Codicilli fiunt Voluntate declarata* 1.) *Verbis Precariis, ratione hæreditatis* datæ, (legata recte diſtribuuntur verbis imperativis *l. 14. ff. h.*) Directo enim Codicillis Hæres neque inſtitui, neque exhæredari, (ita *reſp. Fac. Jur. L. M. April. 707.*) neq; ſubſtitui, (ita *reſp. F.I.J. M. Mart. 707.* neq; Inſtituto conditio adjici, ſed per fidei-
§.2. I. h. commiſſum hæreditas relinqui, poteſt. §. *II. J. h.* (*a*) 2) *Citra Solennitatem* eam, quæ in Teſtamentis exigitur, *j.* §. *III. J. h.* proinde requiruntur ſaltem 5. Teſtes Codicillis uno actu condendis accedentes. *l. f. §. f. C. h. 3. Sive in Codicillo Uno*
§.3. I. h. *ſive Pluribus.* §. *III. J. h.* quod ſecus eſt in Teſtamento *l. 19. ff. d. teſtam. mil.*

IV. Codicilli pro Affini agnoſcunt *Clauſulam Codicillarem, & eſt* enixæ Voluntatis Declaratio, qua Teſtator deſiderat Teſtamentum ſuum, ſi ſubſiſtere nequeat tanquam Teſtamentum, valere ut Codicillum ſ. Omni Meliore Modo. *l. 29. §. 5. ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

(*a*) *Codicillis Hereditas directo neque dari neque adimi poteſt.* §. *II. J. h.*

LIB.

LIB. III. INSTITUTIONUM.

TIT. I.

De Hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur.

I.

Succeſſio legitima ſeu *inteſtati eſt*, quæ deficiente ſucceſſione teſtamentaria a lege immediate defertur. *a. L. 39. ff. d. acqu. vel om. har.* (*a*) ſive nullum ſ. irritum ruptumve teſtamentum conditum ſit. *PR. J. h. j. l. 1. ff. de ſuis & leg. hær.* Pr. I. h.

II. Succeſſio vetus eſt in Tit. 1. *vid. rubr. h. I.* Tit. 2. *De Legitima Agnatorum Succeſſione.* Tit. 3. *De Senatus Conſulto Tertulliano.* Tit. 4. *De SCto Orficiano.* Tit. 5. *De Succeſſione Cognatorum.* Tit. 6. *De Gradibus Cognationum.* Tit. 7. *De Servili Cognatione.* Tit. 8. *De Succeſſione Liberorum.* Tit. 9. *De Aſſignatione Libertorum.*

III. *Succeſſio legitima noviſſima* conceditur vel jure Cognationis vel ex ratione Civili. Quæ Jure Cognationis tribuitur eſt vel Ordinaria vel Extraordinaria. *Succeſſio Ordinaria* dicitur, quæ Jure communi in res hæreditarias competit, atque iſta defertur vel deſcendentibus. *Nov. CXVIII. c. 1. j. L. 7. §. 1. ff. ſi tabb. teſt. null. extab.*

ſtab.(*b*) vel Aſcendentibus. *Nov. 118. c.2.* vel Collateralibus. *Nov. 118. c.3.*

IV. Deſcendentes Legitimi ſunt vel Legitimi & naturales, vel Legitimi tantum. *Legitimi & naturales* vel tales Nati, vel Facti. *Nati* ſunt ex juſtis nuptiis. *l. 4. §. 2. ff. d. grad.*

V. Hi *Deſcendentes* (*1.*) *excludunt omnes Aſcendentes*, etiam Avum, in cujus poteſtate defunctus fuit, ratione bonorum, quæ filii propria fuerunt: ut Caſtrenſium, quaſi Caſtrenſium, Adventitiorum irregularium; in peculio regulari ſola proprietas ad liberos tranſit, & uſusfructus penes Avum jure patriæ poteſtatis ad dies vitæ permanet. *d. c. 1. j. l. 3. C. d. bon. quæ lib.* (2.) Sive deſcendentes ſint maſculi ſive fœminæ *d. N. c. 1.* ſive ſui ſ. emancipati. *d. c. 1.* Quoties *liberi ex diverſis matrimoniis orti* vel ſunt *Comprivigni*, zuſammen gebrachte Kinder, & ſinguli ſuis parentibus ſuccedunt, vel alterum Parentem communem habent, alterum diverſum, atque hi ſeparatim Parenti proprio, conjunctim communi Parenti ſuccedunt. *j. l. 6. §. 1. C. d. ſecund. nupt.*

VI. Quoties *deſcendentes* ſunt (1.) *primi gradus tantum* hæreditas dividitur in Capita, i. e. pro numero Perſonarum. *a. §. 6. j. d. hered. quæ ab inteſt.* (2.) *primi & ulterioris gradus ſimul*, illi in Capita, hi in ſtirpes ſuccedunt in infinitum, Jure Repræſentationis, ita ſcilicet, ut Perſonam defuncti Parentis referant, eandemque

por-

portionem hæreditariam capiant, quam ipſe accepiſſet, ſi vixiſſet.  *Nov. CXVIII. c. 1. (c)* (3.) *Ulterioris gradus tantum* in ſtirpes ſuccedunt.  *a. l. 2. C. de ſuis & leg. lib.*

VII. *Deſcendentes Legitimi & Naturales facti* ſunt Legitimati vel per ſubſequens Matrimonium, vel per Oblationem Curiæ vel per Reſcriptum Principis. (1.) *Legitimati per ſubſequens Matrimonium*, ſimili Jure gaudent cum Legitimis & Naturalibus ab initio talibus. *N. 89. c. 8. (d)* (2.) Legitimati *per Oblationem Curiæ* quomodo ſuccedant *v. Tract. Syn. Inſt.* h. t. ea legitimatio *hodie* non eſt in uſu. (3.) Legitimati *per Reſcriptum Principis*, cum Legitimati ſunt *ante mortem Patris liberis juſtis extantibus* non ſuccedunt, *a. l. 2. §. 16. ff. ne quid in loc. publ.* at liberis juſtis *non extantibus* ſuccedunt, ſive Patri poſtea juſti liberi naſcantur, ſive non. *N. 89. c. 9. j. l. 85. §. 1. ff. d. R. J. Poſt mortem Patris Legitimati* ad Succeſſionem non admittuntur, licet ſpecialiter ad Succeſſionis effectum Legitimatio facta ſit, propter Jus aliis jam quæſitum, quod ipſis extorquendum non eſt. *a. l. 2. §. 10. ff. ne quid in loc. publ. l. 2. ff. d. his qui ſui vel al.*

IIX. Deſcendentes *Legitimi tantum: ut Adoptivi*, Patri naturali ſuccedunt. *a. N. 118. c. 1.*

five fint Arrogati f. Adoptivi in ſpecie ſic dicti, atque hi tales per Adoptionem plenam vel minus effecti. *§. 2. I. d. adopt. l. 10. pr. §. 1. C. de adopt.*.

IX. *Deſcendentes illegitimi* vel ſunt ſimpliciter, vel cum peculiari nota tales. Illi vel Naturales vel Spurii. *Naturales tantum*, i. e. ex concubina ſuſcepti. *N. 89. c. 12. Matri* & maternis Jure ſanguinis, non ſecus atque ex Juſtis nuptiis procreati. *l. 2. l. 4. ff. unde cognat. l. 4. §. 2. ff. d. grad. Patri* autem ſuccedunt, *quando Liberos legitimos aut legitimam Conjugem* (1.) *non relinquit*, *in Sextantem* f. duas uncias cum matre dividendas. *N. 89. c. 12. §. 4.* in Capita, *ſic reſp. F. J. L. M. April. 704.* (2.) relinquit Neutiquam, alendi tamen ſunt ſecundum ſubſtantiæ relictæ menſuram boni Viri arbitratu. *d. N. 89. c. 12. §. fin. Auth. licet. C. d. natural. lib.*

X. *Spurii* i. e. ex ſtupro. *l. 7. ff. d. grad.* vel ſcortatione ſuſcepti. *l. 23. ff. d. ſtat. hom. ſuccedunt Matri & maternis*. e. g. maternæ aviæ. *l. 8. ff. und. cogn.* item avo materno æque ac juſti liberi. *l. 2. d. 4. l. 8. ff. und. cogn.* Patri neutiquam licet apud nos certus ſit. ita *reſp. F. J. L. Menſ. Mart. A. 702.*

XI. Deſcendentes cum peculiari nota: ut *Adulterini & inceſtuoſi* plane deſtituuntur ſuccedendi Jure. *N. 74. c. f. N. 89. c. f.* Id quod ad natos ex inceſtu Juris Statutarii, tanquam impro-

proprie tales, extendendum non est, interim *Incestuosis & Adulterinis quoque* liberis *Jure*, non Civili, *a. N. 89. c. f.* sed *hodierno decernuntur alimenta* a Parentibus præstanda. *a. c. 5. X. d. eo qui dux. in ux. j. a. l. 7. C. d. natural. lib.*

XII. *Post Descendentes Successio* Ordinaria *defertur Ascendentibus. N. XVIII. c. 11. a. l. 15. ff. d. inofficios. testam.* qui succedunt Liberis vel legitimis, vel illegitimis. Legitimis aut Legitimis & Naturalibus, aut Legitimis tantum. Legitimis & Naturalibus vel Natis vel Factis. Natis, &, cum *soli sunt proximi Gradus, succedunt in capita* excluduntque remotiores. *d. c. 2.* etiam apud *Saxones. P. 3. C. El. 17.* licet solus Pater materve sola supersit. *d. c. 2.* quoties sunt *remotiores, lineæ unius* succedunt in Capita. *d. c. 2. Lineæ diversæ* hæreditas in duas Partes dividitur, quarum altera Paternæ, altera Maternæ lineæ Ascendentibus cedit. *d. c. 2.*

XIII. *Quando Ascendentes succedunt liberis legitimis & naturalibus natis & concurrunt cum fratribus &c. defuncti Germanis*, fit divisio in Capita. *a. d. c. 2.* Germanisque Fratribus & Sororibus sua portio pleno Jure, ita scilicet ut Ususfructus ad Patrem haud perveniat, acquiritur. *d. c. 2.* Apud *Saxones* Parentes omnes Collaterales a Successione excludunt. *a.* LR. *l. 1. a. 17.* At *quoties* illi *succedunt Fratribus Germanis defuncti & Germanorum Fratrum* &c. prædefunctorum *liberis*, Ascendentes & Fratres in Capita,

Fratrum liberi in ſtirpes, Jure Repræſentationis

 vocantur. *N. 127. c. 1.* Apud *Saxones* ceſſat hoc Jus Repræſentationis, Parentesque etiam Fratres excludunt.

XIV. *Aſcendentes* liberis Legitimis & Naturalibus factis ſ. *legitimatis ſuccedunt, ut Legitimis & Naturalibus*, ex natura Correlatorum, cum liberi quoque Parentibus ita ſuccedant. *a. N. 89. c. 8. j. c. 13. l. 20. ff. d. re judic. dummodo* liberi *ſint legitimati* per ſubſequens matrimonium, aut per Reſcriptum Principis *cum Jure ſuccedendi:* nam Legitimatis per Oblationem Curiæ Pater in dodrantem ſuccedit, reliquas tres Uncias Curia capit. *N. 89. c. 4. 6.* poſtrema hæc legitimatio deſiit.

XV. Liberis legitimis tantum, ut *adoptivis, Pater Adoptivus extraneus non ſuccedit. §. 2. J. d. adopt.* nec Adoptivi Patris Uxor. *a. l. 23. ff. d. adopt.* Patri vero Naturali & Legitimo hujus filii hæreditas debetur. *a. l. 10. C. d. adopt.* viciſſim *adoptivis liberis Aſcendens, qui adoptavit Paterve Arrogator*, cum matre & patre naturali ac legitimo fratribusque Germanis ſuccedit. *a. l. 10. C. d. adopt. §. 2. J. eod. j. N. 118. c. 2.* & diviſio fit in Capita, niſi Fratrum Filii Jure Repræſentationis concurrant, modo Arrogati Puberes decedant. *§. 3. J. d. adopt.*

XVI. Liberis illegitimis in ſpecie talibus, & qui-

quidem *Naturalibus tantum ſuccedit* (*1.*) *Pater.* deficientibus filii liberis juſtis & Uxore legitima, *in* duas Uncias ſ. *Sextantem. N. 89. c. 13.* (*2.*) *Mater* ſola in reliquum Patrimonium, excluſis fratribus defuncti. *N. 118. c. 2. j. l. 4. ff. unde cogn.* at *Spuriis* ſuccedit *ſola mater l. 2. ff. unde cognat.* Parentes cum peculiari nota tales Liberis non ſuccedunt. *a. N. 74. c. ſ.* egentes tamen à liberis alendi ſunt. *a. Nov. 12. c. 2.*

XVII. *Collaterales*, legitimi & naturales nati, ſunt vel Proximiores, vel Remotiores. *Proximiores*, i. e. Fratres & Sorores eorumque filii aut ſunt Bilaterales aut Unilaterales. Bilaterales ſ. *Germani*, cum *ſoli* vocantur, ſuccedunt Germanis in Capita, excluduntque Fratres Conſanguineos & Uterinos. *N. 118. c. 3.* (*e*) etiam apud *Saxones*; at *quoties concurrunt cum Germanorum Fratrum & Sororum filiis*, dividitur hæreditas inter Germanos Fratres in Capita, ſed inter Germanorum Fratrum filios in Stirpes. *d. c. 3. Jure Saxon.* regulariter in linea Collaterali omnis Repræſentatio ceſſat. *a.* LR. *l. 1. a. 3. P. J. C. El. 18.* §. Wir. *v. R. J. Wormat. d. A. 1521. § 19. & 40. Soli fratrum* Germanorum, licet diverſorum, *filii* ſuccedunt in Capita.



l. 2. § 2. ff. d. ſuis & legit. hær. R. J. d. A. 1529. § 31. item. als.

XVIII. Fratres & Sorores Unilaterales: ut

Consanguinei vel Uterini, quando Jure Civili sunt *soli*, succedunt in Capita. *d. N. c. 3.* *Quoties concurrunt cum Consanguineorum & Uterinorum filiis* inter fratres in Capita, inter fratrum filios in stirpes hæreditas dividitur. *d. N. c. 3.* *Jure Saxonico* Unilaterales fratres & sorores sunt Bilateralibus uno gradu remotiores. LR. *l. 1. a. 3. P. 3. C. El. 18.* §. Wann aber.

XIX. Collaterales Legitimi & Naturales nati, iique *Remotiores*. i. e. ultra Fratrum & Sororum filios constituti, succedunt ita, ut *Jure Civili* duplicitatis vinculi & Juris Repræsentationis ratio non habeatur, sed proximior excludat remotiorem, etiam ultra 10. Gradum in infinitum. *l. 2. §. 1. ff. d. suis & legit. hæred. N. 118. c. 3. §. 1.* (*g*) Jure *Saxonico* Unilaterales semper pro Remotioribus uno gradu habentur, quam Bilaterales. *a.* LR. *l. 1. a. 3.*

XX. Collaterales Legitimi & Naturales facti, f. *Legitimati per subsequens matrimonium* succedunt tanquam Germani. *a. N. 89. c. 8.* Legitimati *per Rescriptum Principis*, quando legitimati sunt cum Jure succedendi, instar Consanguineorum ad successionem vocantur. Legitimati *per Oblationem Curiæ*, Collateralibus plane non succedunt. *N. 89. c. 4.*

XXI. Collaterales Legitimi tantum f. *Adoptivi*, cum sunt *Adoptati minus plene*, non succedunt, tanquam extranei. *a. §. 2. J. d. adopt.* verum Adoptati *plene item Arrogati* durante Jure Agna-

Agnationis Agntais tanquam Agnati succedunt, & Consanguineorum Fratrum jura habent. *a. l. 10. C. d. adopt.*

XXII. Collaterales Illegitimi iique *Naturales tantum*, item *Spurii à matre conjunctis succedunt* Jure Cognationis. *a. l. 2. l. 4. ff. und. cognat.* excluduntur autem a Fratribus defuncti Germanis, Consanguineis & Uterinis. *a. N. 89. c. 12. §. 1. 2. §. 2. J. d. adopt. j. N. 89. c. 4.* sed à Patre junctis non succedunt, siquidem destituti sunt Jure Agnationis. *l. 4. ff. und. cogn. pr. J. d. patr. pot. §. 12. J. d. nupt. Adulterini & Incestuosi* Fratres sibi invicem neutiquam succedunt. *a. N. 74. c. f.*

XXIII. Hactenus de successione legitima, quæ defertur Jure Cognationis, eaque Ordinaria, actum est. *Extraordinaria* Jure singulari in certis rebus locum habet, ut Heergewetticis, Geradicis. *Heergewetta* complectitur res expeditorias, s. suppellectilem, Quæ ad illum, qui militarem expeditionem molitur, armandum exigitur, & ex bonis defuncti debetur, quatenus in iis deprehenditur LR. *l. 1. a. 22.* Hæc *acquiritur* equestris ordinis hominibus regulariter, LR. *l. 1. a. 27.* non Clericis. *d. art. j.* LR. *l. 1. a. 5. deferturque intuitu agnationis* (1.) *Descendentibus* primis & ulterioribus cum plures numero concurrunt senior gladium habet præcipuum. LR. *l. 1. a. 22.* (2.) *Ascendentibus*, qui collaterales excludunt. LR. *l. 1. a. 17.* (3.) *Collaterali-*

 bus

bus solius agnationis & proximi gradus ratione habita, unde germani cum consanguineis apud Saxones pari jure succedunt. Deficientibus agnatis Magistratui merum imperium habenti Heergewetta cedit. LR. *l. 1. a. 28. P. 3. C. El. 38. §. f.*

XXIV. *Gerada* est universitas certarum rerum mobilium, & se moventium, muliebri usui ornatuique servientium, quæ regulariter uxori defuncti, proximæve ejus, Quæ decessit, cognatæ acquiritur. LR. *l. 1. a. 24.* Estque vel ordinaria vel extraordinaria. *Ordinaria* aut *Uxorum*, & post mortem mariti ad uxorem superstitem pertinet. Weichb. *art. 23. j. P. 3. C. El. 20. 37.* aut *cognatarum* s. Nifftelgerade, eaque vel *plena*, die volle Gerade, & omnes Res Geradicas continet, ac, post mortem fœminæ, proximæ illius cognatæ debetur, vel *Nifftelgerada in specie*, & certas tantum res Geradicas ad proximam cognatam devolvit. *Extraordinaria* Gerada masculis conceditur. Ita *Clericis*, qui sacris initiati sunt materna Gerada una cum sororibus cedit. LR. *l. 1. a. 5.* & *Maritis* Uxoris Gerada tribuitur. *stat. Lips. d. Gerada. d. A. 1672. art. 1. j. art. 3.*

XXV. Gerada *defertur* regulariter solo *Jure cognationis cognatis* (1.) *descendentibus*, (2.) *ascendentibus* e. g. matri, aviæ, &c. collateralibus exclusis LR. *l. 1. a. 17.* (3.) *collateralibus* sola propinquitate gradus, & cognatione spectata; deficienti-

cientibus cognatis fœminini Sexus gerada magistratui merum imperium habenti aquiritur.

XXVI. Deficientibus cognatis *defertur successio conjugi Jure civili* late sic dicto, &, quidem *soli* universaliter, atque tum conjux in universitatem bonorum ex edicto Prætoris, unde Vir & uxor, succedit. *l.un.C.und.Vir & Ux.* etiam *hodie*; *particulariter* vero conjux superstes inops ad defuncti divitis partem bonorum una cum aliis admittitur *N. 117.c. 5. 1. N.53.c.6.* &, *si concurrunt liberi tres vel pauciores* conjux usumfructum quartæ partis Quando quatuor aut plures conjux Virilis partis usumfructum c. pit. *d. N. c.5.* At *quoties concurrunt ascendentes aut collaterales* conjux quartam partem hæreditatis pleno jure i. e. proprietate & usufructu, acquirit. *a. d. N. 170. c.5.*

XXVI. Jure *Saxonico* Marito successio in omnia mobilia uxoris defunctæ competit. LR. *l. 1. a.31. l. 3. a. 76. P.3. C. El. 22.* facta thori conscensione LR. *l. 1. a. 45.* interim Legitima Liberorum, Parentum, ex hisce mobilibus præstanda vel supplenda est. *a. l.30. l. 32. C. d. inoff. Test. N.1. c.1. §.1.*

XXVIII. *Jure Saxonico uxori nobili* tribuitur (1.) *Gerada*, ita ut hæc singulari jure etiam complectatur omnes oves sexus fœminini, quas maritus reliquit (2.) *sponsalitia largitas* s. *Morgengaba*, qua Vidua in pecudes fœmellas cujuscunque generis in quocunque prædio mariti ex-

istentes succedit. LR. *l. 1. a. 24.* (3.) *jus circa cibaria domestica.* das Mußtheil, quod continet dimidiam partem esculentorum & potulentorum, quæ a defuncto marito in usum, licet plus quam annuum *P. 3. C. El. 36.* comparata, post diem trigesimum, a morte illius, supersunt, & tempore mortis illius in ædibus, & penuariis *P. 3. C. El. 34.* fuerunt (4.) *Dotalitium* Leibgedinge, de quo tit. de donation. *inf. L. 2. J. d. 7.* actum.

XXIX. *Uxori ignobili jure Saxonico communi* regulariter relinquenda in casum inopiæ successio *ex N. 117. c. 5.* nisi eidem statutum certam portionem hæreditariam assignet, hanc enim postulare vel illata repetere illi tum permittitur. Jure *Electorali* eidem tribuitur portio statutaria, quæ est, liberis existentibus, quarta, non existentibus tertia pars hæreditatis Mariti deducto ære alieno, quam capit sub onere conferendi omnia sua bona una cum Gerada *P. 3. C. El. 20.* nisi illata repetere malit. *d. C. §. f.*

XXX. Deficientibus cognatis, & conjugibus nec non collegio, cui privilegium succedendi membro suo datum est *l. 1. C. d. hær. l. 2. C. eod.* Jure succedendi gaudet *fiscus*, qui bona vacantia occupat *l. 4. C. d. bon. Vac. (h) j. Tract. Syn. Pand. p. 472.*

XXXI. *Successio in bona mobilia* fit secundum Jus, quod est in loco domicilii ejus, qui mortuus est. Mobilia enim pro accessionibus per-

personæ habentur. *a. l. 19. §. f. ff. d. jud. j. l. 2. ff. d. pecul. leg.* at *in* bonis *immobilibus* jus, quod est in loco rei sitæ, observandum venit. *a. l. f. C. ubi in rem act. Dec. El. 54.*

(*a*) *Quamdiu potest ex Testamento adiri Hæreditas, ab Intestato non defertur. a. L. 39. ff. d. acquir. vel om. hær.*

(*b*) *Non sic Parentibus Liberorum, ut Liberis Parentum debetur Hæreditas, Parentes ad Bona Liberorum Ràtio Miserationis admittit, Liberos Naturæ simul & Parentum commune votum. L. 7. §. 1. ff. si tab. testam. null. extab.*

(*c*) *In Linea Descendente Jus Repræsentationis obtinet in Infinitum. a. N. 118. c. 1.*

(*d*) *Liberi Legitimati per subsequens Matrimonium eodem Jure, quo Legitimi & Naturales nati utuntur, finguntur que ab initio esse legitime nati. a. N. 89. c. 8.*

(*e*) *Misericordia indigni non sunt, qui alieno laborant vitio. L. 7. C. d. natural. liber.*

(*f*) *Turbato ordine mortalitatis in solatium liberorum amissorum Parentibus debetur liberorum hæreditas. a. L. 15. ff. d. inoffic. testam.*

(*g*) *Ultra Fratrum & Sororum Liberos in Linea Collaterali neque Repræsentatio, neque Duplex Vinculum attenditur. a. N. 118. c. 3.*

(*h*) *Vacantia Mortuorum Bona tunc ad Fiscum transeunt, si nullum ex qualibet Sanguinis Linea, vel Juris Titulo, Legitimum relinquant ab intestato Hæredem L. 4. C. d. bon. vac.*

TIT.

Tit. X.
De Bonorum Possessionibus.

I.

MOdi *acquirendi Civiles universales* sunt 1.) *hæreditas*, de qua hactenus &c.

II. 2.) *Bonorum possessio*, quæ est facultas Jure
Pr. I. h. prætorio concessa. *PR. I. h.* persequendi (quando alii possident) retinendique (cum ipsi possidemus) patrimonii, sive rei, quæ cujusque, cum moritur fuit. *l. 3. §. 2. ff. h.* & dividitur in Decretalem & edictalem. *Decretalis* regulariter non nisi cum causæ cognitione per decretum pro tribunali datur *l. 2. §. 1. ff. quis ord. in bon. poss.* e. g. Carboniana *l. 3. §. 4. ff. d. Carbon. Edict.* Cujus usus assertus *in F. I. L. Mens. Dec. 702. Edictalis* ex edicto regulariter sine causæ cognitione de plano conceditur. *l. 2. §. 1. ff. quis. ord. in bon. poss.* atque hæc dispescitur in *ordinariam & extraordinariam*, *illa* ex certa edicti parte certis personis, certo ordine conceditur, & testamento facto datur vel contra Tabulas,
§. 1. 2. I. h. *§. 1. II. J. h.* vel secundum tabulas. Testamento non facto s. ab intestato conceditur ex edicto. 1.) Unde liberi *§. 1. 2. J. h. l. 1. §. f. l. 7. ff. si tab. test. null. ext. und. lib.* 2.) Unde Legitimi. 3.) Unde Cognati *d. §. 2.* 4.) Unde Vir & Uxor. *Extraordinaria* bonorum possessio est, quæ in subsidium extra certum ordinem Novis Legibus, SCtis, Constitutionibusque Principum datur.

§ *III.*

§. *III.* *J. b.* plura *vid. in Tract. Syn. Inst. h. t.* §.3. I. h. 3.) *Arrogatio*; *v. Tit. 11. d. acquisitione per arrogationem.* 4.) *Addictio bonorum libertatum conservandarum gratia* (v. *Tit.12. de eo cui libertatis causa bona addicuntur*) cui affinis est successio abrogata per bonorum venditionem, & ex SCto Claudiano, quam considerat *tit. 15. de successionibus sublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex SCto. Claud. d.Tract.Syn.*

Tit. XIV.

De Obligationibus.

I.

O*Bligatio* est Juris vinculum, quo quis ad aliquid dandum, faciendum, vel præstandum obstringitur. *l.3. ff. d.O.& A.* Hæc dividitur à causa efficiente remota in *simplicem* & *mixtam*, *simplex* est vel *civilis tantum*, vel *naturalis tantum*, *civilis tantum* est, qua quis ex mera juris civilis subtilitate, citra naturalem æquitatem, ad aliquid præstandum obstringitur, *a. l.1. j. l. 21.* §.*5. ff. quod met. caus.* §*3. J.d. V. O.* §. *3. J. d. except. Naturalis tantum* est, qua quis ex mera æquitate naturali ad aliquid præstandum obstringitur, eaque vel *minus plena s. imperfecta*, cujus observantiam nobis Naturalis æquitas commendat, sed alteri jus exigendi non tribuit: ut in obligatione ad ἀντίδωρα *a. l. 25.* §. *11. ff. d. har. pet. l. 54.* §. *1. ff. d. furt.* vel *Plena s. perfecta*, qua quis naturali jure ad quid præstandum obligatur, alterique

que Jus exigendi tribuitur Talis est obligatio ex nudo pacto. *l. 7. §. 4. ff. d. pact.*

II. *Obligatio mixta* est, qua quis ex jure naturali & civili simul ad aliquid præstandum obstringitur *Pr. I. h.* ea actionem efficacem producit. *d. Pr. J. h. §. 7. §. 2. ff. d. pact. L. 108 ff. d. V. S. (a)* Hæc præcipue est vel *civilis*, quæ pure civili constituta vel comprobata est. *§. I. J. h.* vel *prætoria*, Quam prætor ex sua Jurisdictone constituit. *§. 1. J. h.*

Pr. I. h.

§. 1. I. h.

III. Intuitu causæ efficientis proximæ obligatio est vel *immediata*, quæ ex præcepto legis sine hominis facto obligatorio descendit. *a. l. 4. ff. d. agn. vel al. lib. l. 19. ff. d. R. N.* vel *mediata*, quæ oritur ex facto obligatorio, decujus divisione in licitum atq; illicitum & subdivisionibus v. *§. II. J. h. j. L. 2. Inst. tit. 1. pr.*

§. 2. I. h.

(a) Debitor intelligitur is, a quo invito exigi Pecunia potest. L. 108. ff. d. V. S.

TIT. XV.

Quibus Modis Re Contrahitur Obligatio.

I.

CONtractus reales sunt 1. Mutuum, 2. commodatum, 3. depositum, 4. contractus pignoratitius. *Mutuum* est contractus Realis, stricti juris, quo res fungibilis, ita datur, ut accipientis fiat. *PR. J. h. l. 27. §. 2. ff. d. aur. & arg. leg.* & ab eo tan-

Pr. I. h.

tantundem in eodem genere eademque quantitate & bonitate restituatur. *PR. J. h. L.3. ff. d. Reb. Cred.*(*a*)*Restituenda* est igitur *pecunia* credita *in eadem bonitate intrinseca*, (i. e. in æquali pondere & materia, Gehalt und Gewicht,) *&* *extrinseca* (i.e. Valore, Würdigung s. Werth.) Quæ fuit tempore contractus *P. 2. C. El. 28.* Dicitur autem *philosophis genus*, quod de pluribus specie differentibus, at *species*, quæ de pluribus individuo differentibus prædicatur. Verum *JCtis* genus est, quod philosophis species. *l. 2. ff. d. P. C.* & species id, quod Philosophis individuum. *d. l. 1. l. 15. ff. d. aur. & arg. leg.*

II. Mutuum parit *condictionem certi ex Mutuo. Pr. J. h. quæ* est Actio personalis, stricti juris & datur creditori ejusque hæredibus adversus debitorem ejusque hæredes. *a. L. 12. L. 49. ff. d. O. & A.* (*b*) §. *1. j. d. perp. & temp. act.* ad rem fungibilem mutuo datam, in eodem genere, eadem quantitate & bonitate restituendam. *l. 2. §. 1. l. 3. ff. d. R. C.*

III. Mutuum, pro affini agnoscit *indebiti solutionem* atque *hæc* est quasi contractus quo is, qui indebitum naturale per errorem solutum accepit, ad ejus restitutionem, obligatur, *§. I. J. h.* §. 1. I. h. *§. 6. l. d. obl. qv. quasi ex Contr. nasc.* Solutio indebiti. *Pupillum* indebitum, æque ac mutuum, accipientem non obstringit *§. 5. J. h.* nisi ex indebite soluto adhuc sit locupletior. *l. 13. §. 1. ff. d. cond. Ind. j. §. 2. l. quib. al. lic. vel non.* Solutio inde-

indebiti producit *condictionem indebiti eaque* est actio personalis, stricti juris competens illi, qui naturaliter indebitum per errorem solvit. *L.19. ff. d. Cond. Ind.*(c) aut se soluturum promisit. *l.31. ff. eod.* ejusque hæredes adversus accipientem ejusque hæredes ad indebite solutum cum omni causa restituendum. *l. 15. ff. eod.*

IV. *Commodatum* est contractus realis *b.f.* §. *28 l. d. Act.* Quo conceditur certus & gratuitus rei, quæ utendo non consumitur, usus. *l.3. §.f. l. 4. ff. commod.* ut eodem finito in specie restituatur §. *II. J. h. Commodatum differt à mutuo; mutuum* enim consistit in re fungibili, cujus Dominium per traditionem in accipientem transit sub obligatione restituendi eam in genere, unde interitum fert, qui mutuum accepit; at *commodatum* consistit in re non fungibili, cujus saltem usus per traditionem in commodatarium transfertur sub obligatione restituendi eam in specie, proinde commodatarius casum non præstat, culpam levissimam tamen, quia solus utilitatem ex commodato percipit.

§.2. I. h. §. *II. J. b. l. 5. §. 2. ff. commod.*

V. Commodatum producit *actionem commodati*, *eaque* est vel *directa* (*in genere* datur *directa actio* Adversus principaliter obligatum) *quæ* est civilis. *l. 17. §. 3. ff. commod.* personalis. *b.f.* competens commodanti ejusque hæredibus adversus commodatarium ejusque hæredes, ad rem commodatam in specie restituendam

§. *II.*

§ *II. j.b.* vel *Contraria* (*in genere* datur *contraria* actio adversus minus principaliter obligatum) *quæ* est civilis *l.17.§.3.ff. commod.* personalis, bonæ fidei competens commodatario ejusque hæredibus adversus commodantem ejusque hæredes ad indemnitatem rei commodatæ nomine consequendam. *l.18.§.2.ff.eod.*

VI. Commodatum præbet occasionem tractandi de dolo, culpa & casu fortuito.

VII. *Dolus* est machinatio, qua alius a sciente maligno animo læditur. *l.1.§.2.ff.d. dol. mal.* hic præstandus venit in omni contractu, ita ut non valeat conventio de dolo futuro haud præstando. *L.23.ff.d.R.J.L.27.§.4.ff.d.pact.* (*d*)

VIII. *Culpa* est prætermissio diligentiæ, quam quis adhibere potuisset, damnum producens *fac.l.213.§.f.ff.d.V.S.* ea ratione gradus dispescitur in (1.) *latam*, & *est* prætermissio diligentiæ infimæ s. remissæ, quam etiam homines parum diligentes rebus suis adhibere solent. *L.223.ff.d.V.S.* (*e*) Hæc in causis pecuniariis æquiparatur dolo. *a.L.1.§.1.ff.Si Mens.fals.* (*f*) *l.8.§.3.ff.d.precar.* (2.) in *levem*, & *est* prætermissio diligentiæ mediæ s. exactæ, quam homines diligentes rebus suis adhibere solent. *l.7. C. arbitr. tut. j. l.10.ff.d. admin. & peric. tut.* ea regulariter vocabulo culpæ simpliciter posito denotatur. *l.23.ff.d.R.J.l.5.§.2.ff. commod.* (3.) in *levissimam*, & *est* prætermissio diligentiæ summæ s. exactissimæ, quam homines diligen-

tissimi rebus suis adhibere solent.] *l. 44. ff. ad l. aquil.*

IX. *Quo Gradu præstanda sit culpa* in contractibus vel quasi, intelligitur ex regulis sequentibus, *a. l. 5. §. 2. ff. commod. l. 23. ff. d. R. J. j. l. 10. ff. eod.* (1.) *in quocunque contractu versatur utilitas solius accipientis, in eo præstat accipiens culpam latam, levem & levissimam*, ut in commodato *L. 5. §. 2. ff. commod.* (exceptio est in precario, in quo, ob illius revocabilitatem, præstatur culpa lata. *l. 8. §. 3. ff. d. prec. j. l. 1. l. 12. ff. eod.*) *dans tantum culpam latam. l. 61. §. 6. ff. d. furt. l. 18. §. 3. commod.* (2.) *in quocunque contractu versatur utilitas utriusq; contrahentis, in eo præstat uterq; culpam latam & levem*, ut in emtione venditione. *l. 5. §. 2. ff. commod.* (3.) *in quocunque contractu versatur utilitas solius dantis, in eo præstat dans culpam latam levem & levissimam*, ut deponens. *a. l. 61. §. 5. ff. d. furt. accipiens culpam tantum latam l. 5. §. 2. ff. commod.* (*excipitur* (1.) contractus *mandati* (2.) quasi contractus *tutelæ*, in quo præstat tutor culpam latam & levem. *l. 1. ff. d. tut. & rat. distr. l. 7. C. arbitr. tut.* (3.) quasi contractus *negotiorum gestionis*, in quo præstat gestor culpam latam & levem. *l. 11. ff. l. 20. C. neg. gest.*

X. *Casus fortuitus, est* inopinatus eventus, qui diligentia & prudentia humana, ab eo, qui istum patitur, averti nequit. *a. l. 18. l. 19. ff. commod.* Hic *in nullo contractu præstatur*, sed res perit

perit ſuo domino. *L. 23. ff. d. R. J. L. 9. C. d. pign. act.* (*g*) *niſi* caſum præceſſerit 1.) culpa ex contracta præſtanda. *l. 5. §. 4. 7. ff. commod.* 2.) mora *l. 8. §. 6. d. precar. c. un. X. commod.* 3.) conventio de præſtando caſu fortuito *d. c. un. l. 9. §. 2. ff. locat. L. 23. ff. d. R. J.* (*h*)

XI. *Depoſitum* eſt contractus realis, b.f. *§. 28. J. d. act.* quo res gratis cuſtodienda & in ſpecie reſtituenda traditur & recipitur *a. §. 3. J. h. j. L f. ff. depoſ.* hoc parit *actionem depoſiti* vel directam vel contrariam, *directa* eſt perſonalis, bonæ fidei, & datur deponenti, ejusque hæredibus adverſus depoſitarium ejusque hæredes ad rem depoſitam in ſpecie reſtituendam *§. III. J. h.* §. 3. I. h. præſtare tenetur depoſitarius dolum, *d. §.* & latam culpam. *a. l. 226. ff. d. V. S. l. 1. C. depoſ. j. l. 1. §. f. ff. eod.* *Contraria actio* eſt perſonalis bonæ fide, & datur depoſitario ejusque hæredibus, adverſus deponentem ejusque hæredes, ad indemnitatem conſequendam. *l. 5. ff. depoſ.*

XII. *Contractus pignoratitius*, *eſt* realis, bonæ fidei, quo res à debitore creditori in ſecuritatem crediti traditur, ut ab eodem, ſoluto pignoris vinculo, in ſpecie reſtituatur. *§. IV. J. h.* §. 4. I. h. *L. 9. §. 3. ff. d. pign. act.* Hic producit *actionem pignoratitiam* vel directam vel contrariam, *directa* eſt perſonalis b. f. *§. 28. J. d. act.* & datur debitori, qui pignus dedit, ejusque hæredibus, adverſus creditorem, qui pignus accepit, ejusque hæredes ad hoc ut illud, ſoluto pignoris

vinculo, reddat. §.*IV.J. b.* Creditor in hoc contractu præstat levem culpam, non casum fortuitum regulariter *d.* §.*l.9.C.d.pign.act.* etiam *jure Saxon. Electorali P.2.C.El.26.* *Contraria* est personalis bonæ fidei, & datur Creditori ejusque hæredibus adversus debitorem ejusque hæredes ad indemnitatem ratione pignoris consequendam, *a.l.16.*§.*1.ff.d.pign.act.*

(*a*) *In mutuo id agi intelligitur, ut ejusdem generis & eadem bonitate solvatur, qua datum est. l.3.ff.d.reb.cred.*

(*b*) *Actiones ex contractu vel quasi descendentes, dantur hæredibus & adversus hæredes in solidum l.12. l.49.ff.d.O.& A.*§.*1.J.d.perp. & temp. act.*

(*c*) *Naturalis obligatio impedit condictionem indebiti. l.19.ff.d.cond.ind.*

(*d*) *Dolus in omni contractu præstandus est, nec valet conventio de dolo futuro non præstando. l.23.ff.d.R.J. l.27.*§.*4.ff.d.pact.*

(*e*) *Lata culpa est non intelligere id, quod omnes intelligunt. l.223.ff.d.V.S.*

(*f*) *Lata culpa in causis pecuniariis æquiparatur dolo. l.1.*§.*1.ff.si mensf.fals.mod.*

(*g*) *Casus fortuitus in nullo contractu præstatur. l.23.ff.d.R.J. sed res qualibet perit suo domino. l.9.C.d.pign.act.*

(*h*) *Conventio legem dat contractui. l.23.ff.d.R.J.*

TIT.

Tit. XVI.
De Verborum Obligationibus.

I.

VErborumObligatio, est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum factu- rumve se, quod interrogatus est, præsens congrue & incontinenti respondet. *PR. I. h. l. 1. pr.* Pr. I. h.
§. *1. l. 5.* §. *1. ff. d. V. O. Hodie* stipulationis usus in Germania non desiit.

II. Verborum obligatio parit *actionem ex stipulatu N. 162. c. 1. §. 1. quæ* est personalis, civilis, stricti juris, & conceditur stipulanti ejusque hæredibus adversus promissorem hæredesque ejus, ad rem promissam dandam. *l. 75.* §. *10. ff. h.* factumve præstandum *l. 13.* §. *1. ff. d. re. jud.* ad faciendum obligatus liberatur præstatione ejus, quod interest *d. l. 72. ff. d. V. O. l. 68. ff. eod.* & dividitur ab objecto in *condictionem certi*, qua res certa petitur, *PR. I. h. l. 74. §. 1. ff. eod.* & *actionem ex stipulatu*, qua res incerta petitur. *d. Pr. l. 75.* §. *7. ff. h.*

III. *Verborum obligatio requirit ratione formæ* verba congrua inter præsentes interposita, qualiacunque sint, & in quacunque lingua efferantur, modo a partibus intelligantur earumque consensum complectantur. §. *1. J. h. l. 10. C. d. contrab. vel. committ. stip.* §. 1. I. h.

IV. Verborum obligatio recipit temperamentum diei, conditionis, loci præstationis.

N 3 Diei

Diei nam *concipitur vel pure vel sub die*, atque hic additur vel tanquam terminus a quo vel ad quem. *Terminus a quo est dies vel certus*, ubi dies obligationis statim cedit, sed venit demum
§. 2. I. h. cum totus ille dies præteriit. §. *II. J. h.* (*b*) *j. L. 213. ff. d. V. S.* (*b*) *vel incertus vel an* sit futurus & facit *vel quando* sit futurus & non facit obligationem conditionalem. *a. l. 16. §. 1. l. 17. l. 56. ff. d. cond. ind.* (*c*) *Dies* tanquam *terminus ad quem*, e. g. quoad promissor vixerit, puram red-
§. 3. I. h. dit obligationem & perpetuam jure civili. *§. III. J. h. l. 44. §. 1. ff. d. O. & A.* At jure *hodierno* nihil prohibet asseri ad tempus factam promissionem, eodem elapso, ipso jure extingui, quia pactum de non petendo post tempus adjectum complectitur *d. §. 3.* quod *hodie* est juris adeoq; ad tollendum jus obligationis efficax.

V. *Conditio*, quæ additur verborum obliga-
§. 4. I. h. tioni est vel affirmativa vel negativa, *§. IV. J. h.* e. g. si Capitolium non ascendero i. e. cum moriar: nam cautio Mutiana in contractibus locum non habet, quia imputandum contrahenti. Quod cautionem præstandam non curavit exprimi. *a. l. 39. ff. d. pact. l. 99. ff. d. V. O.* Ultimas vero voluntates plenius interpretamur, & illi, cui quid sub conditione negativa de non faciendo (quæ ante personæ honoratæ mortem existere non potest. *l. 1. §. 3. l. 22. §. 2. ff. d. Cond. & dem.*) relictum est, exigendi facultatem tribuimus; si cautionem præstiterit, se non factu-

rum

rum, quod facere prohibitus est, quæ *cautio Mutiana* dicitur *l.7.ff.d.t.j.tract.meam Syn.Pand. Th.Pr.t.d.Cond.& dem.p.438.* *Conditio spem debendi complectitur*, quæ ad hæredes transmittitur §.4.*J.b.* & pœnitendi facultatem excludit. *a.l.8.ff.d.per.& comm.rei.vend.* *Non vero est conditionalis obligatio*, quæ confertur *in tempus præsens vel præteritum*, ea enim statim invalida est, si ea ita non sunt, valida autem cum ita se habent. §. *VI.J.b.(e)* §.6.I.h.

VI. *Locus* præstationis *tacite complectitur diem* sive spatium temporis, quo promissor utatur ad pecuniam in loco solutionis dandam. §.*V.J.b.l.41.§.1.ff.b.* Quod si autem quis Romæ stipuletur: *bodie* Carthagini dare spondes, inutilis est promissio, utputa impossibile complectens §.5.*J.b.j.l.185.ff.d.R.J.* nisi ante diem stipulationis dispensatoribus suis contrahentes notum fecerint, in eum diem futuram stipulationem, & demandaverit promissor suo dispensatori, ut daret, stipulator suo, ut acciperet. *l.f.* §.4.*ff.b.* §.5.I.h.

VII. Verborum *obligatio* est ratione objecti vel *dandi*, qua promissor ad dandum obstringitur. *l.75.§.10.ff.d.V.O.* vel *faciendi*, qua promissor ad faciendum (vel non faciendum) obstringitur §.*VII.J.b.* expedit vero ob ejus, quod *interest* (s. lucri cessantis & damni emergentis. *l.13.ff.rem rat.bab.(f)* incertam quantitatem *l.f.ff.d.prætor.stip.* in hisce stipulationibus pœ- §.7.I.h.

 nam

nam adjici solvendam in eventum. Si contra eas, vel non ita, ut promissum, factum fuerit. *d.* §. Quamvis autem hæc *pœnalis stipulatio in obligationibus faciendi* maximæ sit *utilitatis* ad determinandum interesse. v. g. cum fidejussores de reo, cui datur salvus conductus specialis, in judicio sistendo cavent (hodie etiam pacto) sub pœna 100. 200. 300. th. *a. l. 4. ff. d. cust. & exhib. reor.* Non tamen ea in obligationibus dandi usurpari prohibetur. §. *18. J. d. inutil. stipul. a. l. 71. ff. pro soc. l. 47. ff. d. act. emt.* modo nihil in fraudem legitimarum usurarum fiat. *a. l. 44. ff. d. usur.*

(*a*) *Totus dies solutionis arbitrio solventis tribui debet, neque enim certum est, eo die, in quem promissum est, datum non esse priusquam is praterierit §. 2. J. h.*

(*b*) *Cedere diem significat incipere deberi pecuniam, Venire diem significat, eum diem venisse, quo pecunia peti potest. l. 213. ff. d. V. S.*

(*c*) *Dies incertus an sit exiturus obligationi adjectus facit obligationem conditionalem. l. 16. §. 1. j. l. 56. ff. d. cond. indeb.*

(*d*) *In obligatione conditionali conditione existente cedit & venit dies obligationis l. 213. ff. d. V. S. l. 8. ff. d. per. & commod. rei vend.*

(*e*) *Quæ per rerum naturam sunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint. §. 6. J. h.*

(*f*) *Interesse continet lucrum cessans & damnum emergens. l. 13. ff. rem. rat. hab.*

Tit.

TIT. XVII.
De Duobus Reis Stipulandi & Promittendi.

I.

Stipulatio Correalis est verbum obligatio, qua plures personæ ex eadem causa obligationem de una eademq; re in solitum acquirunt vel suscipiunt *PR. J. b. l. 2. ff. d. duob. reis const.* Non tamen necesse est, ut correalis obligatio verbis: in solidum nominatim exprimatur, cum de animo constituendi correalem obligationem ex formula Verborum aliisque circumstantiis constare sufficiat. *a. §. 1. J. b. l. 1. §. f. ff. b. Hodie* correi nudo pacto recte constituuntur, quo casu non nocebit consensus ex intervallo interpositus. Pr. I. h.

II. Stipulatio correalis obligationem acquirit, aut imponit *correis*, qui sunt vel *stipulandi*, quando post omnium stipulatorum separatim factam ex eadem causa de eadem re in solidum interrogationem, promissor una voce, se facturum daturumve, respondet, e.g. utrique vestrum spondeo. *Pr. J. b.* vel *promittendi*, quando post stipulatoris distinctam at continua oratione factam ex eadem causa de eadem re in solidum interrogationem plurium ipsi se daturos facturosve in continenti responderunt. *Pr. J. b. l. 4. l. 12. ff. d. duob. reis const.*

III. *Stipulatio correalis efficit* ut creditores

correi jus exigendi *solidum* habeant,& debitores correi necessitate solvendi solidum teneantur, unius autem exactio vel solutio omnium peri-
§.1.I.h. mit obligationem. §. *I. J. h. l. 2. ff. h.* (*a*) interim correi debitores exceptione divisionis uti queunt. *N. 99. c. 1.* (*b*)

IV. *Stipulatio correalis recipit diversitatem qualitatis temporalem*, ita alius pure, alius sub conditione obligari, atque a pure obligato pendente licet conditione, debitum exigi potest. §.
§.2.I.h. *II. Inst. h.* non perpetuam cum alter doli alter etiam culpæ præstationem suscipit. *l. 9. §.1. ff. d. duob. reis. const.* aliter enim, correi, non vero ad aliud obligari queunt. *a. l. 15. ff. h.*

(*a*) *In obligationibus correalibus correis credendi singulis solidum debetur, & correi debendi singuli solidum debent.* §.*1. J. h. l. 2. ff. h.*

(*b*) *Correi debendi gaudent beneficio divisionis. dummodo idonei, & præsentes sint. N. 99. c. 1.*

TIT. XVIII.

De Stipulatione Servorum.

I.

STipulatio Servi, est Verborum Obligatio, qua Servus ex persona Domini jus stipulandi ha-
Pr. I. h. bens. *PR. J. h.* quicquid ipsi promittitur vel Domino vel sibi in utilitatem Domini acquirit. §.*2.*
§.2. I. h. *3. J. h.* e. g. cum servus stipulatur factum personale, ut sibi ire, agere liceat. *d. §. II. j. l. 44. ff. d. cond.*

cond. & demonst. (*a*) *Hodie* mancipia Turcica stipulando acquirunt Dominis.

II. *Stipulatio Servi efficit*, cum facta est *a servo* (1.) *Domini unius*, ut acquisitio ex eadem fiat Domino, sive servus Domino sive sibi, sive Conservo s. impersonaliter stipulatus sit. §. *I. J. h.* §. 1. I. h.
Filius etiam *familias* patri ex causa profectitii peculii plene, ex causa adventitii peculii regularis usumfructum, acquirit. *d.* §. *I. j. l. 6. C. d. bon. quæ lib.* Stipulatio facta *a servo* (2.) *communi*, ut acquiratur cuique Dominorum pro portione Domini, nisi servus vel jussu unius Domini vel nominatim alicui ex Dominis, vel res unius Domini stipulatus fuerit. §. *III. J. h.* §. 3. I. h.

(*a*) *Quæ facti sunt, servi personæ cohærent, & in Dominum non transeunt. l. 44. ff. d. cond. & dem.*

TIT. XIX.

De Divisione Stipulationum.

I.

STipulatio est vel Necessaria vel Voluntaria. *Voluntaria* s. *conventionalis*, quæ libero partium contrahentium Arbitrio constituitur, & ex eorum voluntate explicatur. *Pr.* §. *III. J. h.* Pr. §. 1. I. h.
l. 52. ff. d. V. O. *Hodie* differentia voluntariarum & necessariarum stipulationum sublata non est. *Necessaria*, ad quam quis etiam invitus cogi potest. *Eaq;* est aut *Judicialis*, quæ fit solo judice pedaneo jubente §. *I. J. h.* aut *prætoria*, § 1. I. h.

quæ

quæ solo prætore (f. Magistratu *l. 2. l. 5. C. d.*
§. 2. I. h. *pedan. Jud.*) jubente §. *II. J. h.* præstatur. *Hodie* illi quodammodo similis est promissio Judicialis eine Gerichtliche Angelöbniß. Aut *communis*, qua fit interdum prætore f. Magistratu,
§. 4. I. h. interdum judice pedaneo jubente. §. *IV. J. h.* ut *1. Satisdatio*, *rem pupilli vel adolescentis salvam fore d.* §. hæc enim a tutore vel Curatore ante litem contestatam apud prætorem exigi, vel, si illic omissa fuerit, ejus petitio, a judice pedaneo injungi potest. *a. l. 3. C. d. tut. vel cur. qui sat. non ded. j. l. 1. C. d. Ord. Jud. 2. Stipulatio rati*, *d.* §. hæc fieri potest. e. g. Procuratore, de cujus mandato dubitatur. *l. 1. C. d. Proc.* comparente apud Prætorem. *a. l. 40.* §. *3. ff. d. proc.* item post litem contestatam apud judicem pedaneum, utputa si tum demum procurator se sistit, qui de rato cavere tenetur. *l. 2. C. d. Consort. ejusd. lit. O. P. S. t. 7.* §. Würde. *Hodie* sublatus judicum pedaneorum est usus, & nomen judicialium, prætoriarum, atque communium, stipulationum ab usu recessit, at res ipsa. i. e. usus & utilitas securitatis, quam intenderunt istæ stipulationes, adhuc salva est. *j. Tract. Syn. Inst. h. t.*

TIT. XX.

De Inutilibus Stipulationibus.

I.

§. 1. I. h. S*Tipulatio inutilis*, dicitur hoc loco, quæ non subsistit. §. *I. II. J. h.* Talis est *ratione objecti*,

non

non eorum, quæ Domino noſtro ſubjiciuntur, nam in ſtipulationem deducere licet res mobiles, immobiles *PR. J. h.* & Jura §. *fin. l. d. Servit. ruſt.* Pr. I. h. §. *1. J. d. uſufr.* Sed *rei* (1.) in rerum natura *non exiſtentis*, quæ eſſe deſiit, vel eſſe nequit, licet pœna conſtituta *l. 6. 9. ff. d. V. O.* (*a*) (2.) *propria* ſtipulantis. §. *II. J. h.* (3.) *extra commercium* §. 2. I. h. *conſtituta* ſtipulatoris *l. 34. ff. d. V. O.* vel omnium. *a. L. 182. ff. d. R. I.* (*b*) ut rei Sacræ, religioſæ, publicæ, liberi hominis, quamvis ſtipulator credat, rem eſſe in commercio. §. *II. J. h. Adeo* autem hæc ſtipulatio inutilis eſt. Ut. (1.) in pendenti non ſit. *§. d. j. L. 144. §. 1. ff. d. R. I.* (*c*) (2.) Vitium non purgetur, conditione adjecta: Si res erit in commercio *d. §. 2.* imo cum res in commercio exiſtens utiliter in ſtipulatum deducta eſt, extingvitur ſtipulatio, ſi eadem ſine facto promiſſoris deſierit eſſe in commercio. *§. II. J. h. j. L. 140. §. 2. ff. d. V. O.* (*d*) *l. 51. ff. d. eod.*

II. Stipulatio inutilis eſt *facti alieni*, ut ſi quis alium quid daturum, facturumve promiſerit. §. *III. J. h. j. L. 3. C. ne ux. pro marit.* (*e*) etiam §. 3. I. h. *bodie*, unde Curator ad litem curandæ ſuæ factum valide non promittit. Ea tamen promiſſio, accedente ratihabitione ipſius Curandæ, confirmatur. *a. l. f. C. ad SCt. Maced.* cen *reſp. F. I. L. Menſ. Maj. 708.* Cæterum, qui *ſe effecturum*, ut Titius credat. 100, promiſit, fidem adimplere tenetur. *a. §. III. J. h. l. 73. ff. d. Leg. 1. Dec. El. 42.* unde is, qui in alienationem feudi Domini & ſimul-

simultaneæ investitorum consensum se præstiturum dixerat, ad interesse præstandum, hoc non adimpleto, condemnatus est in *F. I. L. M. Nov. A. 701. it.* qui se Caji ratihabitionem anzuschaffen promisit, ad interesse conveniri potest. *Ita pron. S. C. P. L. Term. Trin. 704.* At qui se curaturum, ut 100 credantur, dixit, omni cura, sed frustra, adhibita liberatur. *a. l. 67. §. 1. ff. d. V. O. d. Dec. 42. ita resp. F. I. L. M. Jul. 705. ad consult. I. G. S.* Quoties pœna in eventum alieni facti haud præstiti, promissa est, illa vi factæ promis-
§. 20. I. h. sionis peti potest. §. *XX. J. h. l. 26. C. d. fidej.*

III. *Inutilis est stipulatio, quando stipulamur*
§. 4. I. h. *Alii.* §. *IV. J. h.* Unde inanis est stipulatio, qua mater acquirere vult Obligationem Filiæ, *ceu resp. F. I. L. Mens. Maj. A. 708. Hodie* stipulationem tertio factam valere in vim pacti contendunt hand pauci, quod, concurrente paciscendi intentione & tertii ratihabitione, admitti posse videtur. Apud mercatores in cambiis frequens est expressio: an Cajum oder Commiss. nec non stipulatio, qua quis sibi & Cajo stipulatus erat, pro parte dimidia, Caji scil. pro invalida est agnita. §. *IV. J. h. Exceptione locus est, si* (1.) saltem *factum accipiendæ solutionis*, ad effectum liberationis ipso jure (non jus obligationis.) *in alium* tanquam procuratorem, *conferamus*, qui dicitur *Obligationi adjectus*, & Mandanti id, quod accepit, ex Mandato restituere tenetur §. *IV. J. h.* (2.) ipse nostræ *potestati subjectus sit* vel

nos

nos ipsius juri subsimus. v. g. cum filius patri, aut pater filio stipuletur. *d. §. IV.* (3.) *Pœna adjecta* sit in eventum, si factum non sit, quod est stipulatione comprehensum: tunc enim pœnæ stipulatio committitur, & stipulatoris interesse censetur. §. *XVIII. J. h.* Ad pœnæ vero exactionem, prævia causæ cognitione & sententia Declaratoria, perveniendum est. *a. l. 14. C. d. pact. l. 135. §. 2. ff. d. V. O.* (4.) §. 18. I. h.

IV. *Stipulatoris intersit*, ut contutoris, qui stipulatur, rem pupilli salvam fore, mandantis, procuratori suo, cui ex mandato obligatus est Debitoris, qui Creditori suo, cui sub pœna pecuniam debet, stipulatur. §. *XIX. J. h.* Illis tamen casibus stipulanti non tertio, datur ex ista stipulatione actio. *l. 11. ff. d. O. & A.* unde, cum Cajus mandasset Titio, ut 600. solverentur Sejo, non competere Sejo, sed Cajo ex ista conventione actionem *resp. F. I. L. Mens. Febr. 705.* §. 19. I. h.

V. *Inutilis est stipulatio intuitu formæ, quando responsio non est interrogationi congrua ratione* (1.) *Quantitatis*, veluti si 10. stipulanti 5. promittantur. §. *V. J. h.* tum vero contrahitur obligatio, quando stipulatorem quoque de minore summa sensisse constat. *l. 1. §. 3. 4. ff. de. V. O.* Quod si 5. stipulanti 10. promittantur, promissor non simpliciter. *d.* §. verum ad concurrentem summam saltem obstringitur, ea enim sub majore continetur *l. 1. §. 4. ff. d. V. O. J. l. 34. ff. d. R. J.* (2.) *Qualitatis, utputa cum 1.*) pure §. 5. I. h.

inter-

interroganti ſub Conditione, aut ſub conditione interroganti pure reſpondetur. §. *V. J. h.* niſi ſtipulatori illico diverſitas ſtipulationis placuerit, tunc enim alia ſtipulatio contracta videtur. *l. 1. §. 3. ff. d. V. O.* Quando interroganti ſub die vel conditione reſpondetur generaliter. e. g. promitto. §. *V. J. h.* creditur in expreſſam interrogationem diem vel conditionem conſenſum eſſe. *d.* §. 2.) ab eo, qui de pluribus rebus interrogatus eſt, non in genere, ſed unius rei, vel quarundam rerum tantum, fit promiſſio: tum enim promiſſor ad dandas res prætermiſſas non obligatur.

§. 17. I. h. §. *XVII. J. h. j. L. 29. ff. d. V. O.* (*f*)

VI. *Inutilis eſt ſtipulatio propter perſonam ſtipulantem, quoties ea* (1.) *promiſſorem in poteſtate habet*, vel promiſſoris poteſtati ſubjecta eſt.

§. 6. I. h. §. *VI. J. h.* ob perſonarum unitatem. §. *4. i h. L. 11. ff. d. leg. 1.* (*g*) Etiam *bodie* filius, qui eſt in poteſtate patris cum eo contrahere nequit. *v. l. 2. ff. d. Contrah. Emt. Dec. El. 23. Homines* autem *proprii*, cum liberi ſint, Dominis ſuis per ſtipulationem obligari queunt. Cæterum ſervus etiam aliis non poteſt, filiusfamilias aliis poteſt obligari. §. *VI. J. h. L. 39. ff. d. O. & A.* (*b*) *j. l. 1. ff. ad SCt. Mac.* (2.) *Mutus eſt aut ſurdus* proprie ſic dictus, non ſurdaſter, uterque etiam promittere nequit. Is qui ſtipulatur verba promittentis, & is qui promittit verba ſtipulantis audire

§. 7. I. h. debet. §. *VII. J. h. j. l. 1. ff. d. V. O. c. 25. X. d. ſponſ.* (3.) *furore laborat:* furioſus enim nullum

lum negotium recte gerere poteſt. §. *VIII. J. b.* *l. 40. ff. d. R. J. niſi* intervalla habeat & tempore intervallorum contrahat. *l. 6. C. d. Curat. fur.* §. 8. I. h.

(4.) *Impubes eſt*, ubi pupillus *infans.* i. e. minor ſeptem annis. *l. 18. C. d. jur. delib.* ſtipulari nequit, furioſo ſimilis. *l. 5. ff. d. R. J.* §. *IX. J. b.* atque in ea ætate negotia gerit per tutorem. *a. l. 18.* §. 2. *C. d. jur. delib.* *At proximus infantiæ.* i. e. infantia major, qui ex annis & doli incapacitate talis æſtimatur, ſtipulari poteſt tutore autore §. *9. J. h. d. l. 5.* eodemque Auctore valide promittit *d.* §. & *proximus pubertati*, qui ex annis & doli capacitate talis æſtimatur. *a. l. 18. ff. d. obl. quæ ex. del. l. 111. ff. d. R. J. O. C. a. 164.* arbitrio judicis, ſtipulari poteſt tutore autore. §. *9. J. b. d. l. 5.* eodemque modo promittere. *d.* §. *Filiusfamilias* ne quidem auctore patre obligatur. *d.* §. *9.* ſed pater negotia filii jure patriæ poteſtatis adminiſtrat. *l. 1. C. d. bon. mat. l. 6. C. d. bon. qv. lib. l. 18. C. d. jure delib.* Quod ſi autem pater tanquam legitimus adminiſtrator Bonorum adventitiorum ſpectetur etiam conſenſum filio infantia majori præſtare poteſt. *l. 18.* §. *f. C. d. jur. del. j. l. f.* §. *4. 5. C. d. bon. qv. lib.* §. 9. I. h.

VII. *Non valet ſtipulatio, cui adjecta eſt conditio impoſſibilis* natura §. *X. J. b.* vel jure. *l. 26. ff. d. V. O. l. 15. ff. d. cond. inſt. j. L. 31. ff. d. O. & A.* (i) Viciſſim conditio impoſſibilis *neceſſaria* ſ. de non faciendo eo, quod impoſſibile eſt, puram facit ſtipulationem. *d.* §. *X.* §. 10. I. h.

VIII. Verborum Obligatio inter abſentes
§. 11. I. h. concepta inutilis eſt. §. *XI. J. h.* etiam *hodie.* Quod ſi autem de ſtipulatione concepta ſcriptura certo die partes præſentes fuiſſe indicet, omnino illi credendum eſt. Omnia etiam ſo-
§. 16. I. h. lenniter geſta creduntur. §. *XVI. J. h. L. 30. ff. d. V. O.* (*k*) niſi per teſtes vel inſtrumenta contrarium, (negotio ſcilicet tempore, locoque circumſcripto. *l. 14. C. d. contr. vel comm. ſtip.*) probe-
§. 11. I. h. tur. §. *XI J. b.* Interim apud *Saxones*, *in proceſſu executivo*, exceptio hæc non niſi in continenti probata admittitur & quæ altioris eſt indaginis ad reconventionem rejicitur. *Dec. El. 2. 12.*

IX. Ratione temporis jure veteri *poſt mortem ſtipulatoris vel promiſſoris concepta* ſtipulatio vel promiſſio non valebat: ſed *jure novo* ea
§. 12. I. h. *ſtipulatio ſuſtinetur* §. *XII. J. b.* quia ab hæredibus & contra hæredes recte incipit Actio *l. un. C. ut ab hær. & contr. hær.* Item *præpoſtera* ſtipulatio inanis erat, qua id agebatur, ut obligatio adeſſet ante Conditionis eventum; verum ea *quo-*
§. 13. I. h. *que valida declaratur*, §. *XIII. J. b.* ita ut poſt conditionis eventum pariat Actionem. *l. 25. C. d. teſtam.* Interim *utilis eſt ſtipulatio, qua confertur in tempus mortis ſtipulatoris vel promiſſoris*, & dies illius vivo ſtipulatore vel promiſſore creditur cedere cum mortis tempus vitæ accenſe-
§. 14. I. h. atur. §. *XIV. J. b. j. l. 18. §. 1. ff. d. man. teſtam.* Item *poſt mortem alterius recte ſtipulamur.*

§. *XV.*

§. *XV. J. h.* ita ut post adventum mortis veniat dies obligationis *a. l. 223. ff. d. V. S.* §. 15. I. h.

X. *Stipulatio inutilis est, quando* (1.) promissio collata in eventum, quo res promissa stipulatoris futura est. §. *XXI. J. h. j.* §. *10. J. d. leg.* §. 21. I. h. (2.)error est in objecto, veluti in corpore promisso, cum de alia re stipulator, de alia re promissor senserit. §. *XXII. J. h. l. 83.* §. *1. ff. d. V. O. j. l. 15. ff. d. jurisd.* §. 22 I. h. (3.) ex turpi causa facta promissio e. g. homicidii. §. *XXIII. J. h. j. l. 15. ff. d. cond. inst.* §. 23. I. h.

XI. Stipulatio inutilis nullam producit *actionem*, eam tamen *parit* valida *stipulatio & quidem cum facta est* (1.) *sub conditione* spes onusque debendi in hæredem, moriente stipulatore vel promissore, transfertur, & conditione existente hæres stipulatoris agere, promissoris vero conveniri potest. §. *XXIV. J. h. j.* §. *4. J. d. V. O.* §. 24. I. h. (2.) *sub expressione anni mensisve*, omnibus partibus anni, vel mensis præteritis peti promissum potest §. *XXV. J. h.* tempus enim obligationi in favorem promissoris creditur adjectum. *l. 17. ff. d. R. J.* §. 25. I. h. (3.) *pure* & sine temperamento, non continuo, sed cum elapsum est spatium, quo ejus adimpletio fieri potuit, agere licet. §. *25. J. h. j. L. 105. ff. d. solut.* (*m*) §. 25. I. h.

(*a*) *Pœna rei impossibilis non committitur. l. 69. ff. d. V. O.*

(*b*) *Quod nullius esse potest, id, ut alicujus fiat, nulla*

nulla obligatio potest efficere. l. 182. ff. d. R. I. §. 2. J. h.

(c) *In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus. l. 144. §. 1. ff. d. R. J.*

(d) *Extingvitur obligatio, si in eum casum inciderit, a quo incipere non potest. l. 140. §. 2. ff. d. V. O.*

(e) *Certissimum est, ex alterius contractu neminem obligari. l. 13. C. ne. ux. pro. mar.*

(f) *In stipulatione plurium rerum tot sunt stipulationes, quot res in stipulationem deducta. l. 29. ff. d. V. O.*

(g) *Ex persona sua nemo sibi obligari potest. l. 11. ff. d. leg. 1. §. 4. J. h.*

(h) *Filiusfamilias ex omnibus causis tanquam paterfamilias obligatur l. 39. ff. d. O. & A.*

(i) *Quoties contrahentes sub conditione impossibili contrahunt, non tam contrahere, quam nihil agere voluisse existimantur. l. 31. ff. d. O. & A.*

(k) *Si scriptum est, stipulationem intercessisse videntur omnia solenniter acta esse. l. 30. ff. d. V. O.*

(l) *In stipulationibus promissoris gratia tempus adjicitur. l. 17. ff. d. R. I.*

(m) *Solutio statim promissa cum aliquo temperamento temporis, quo possit solutio expediri, intelligenda est. l. 105. ff. d. solut. §. 25. J. h.*

TIT.

Tit. XXI.
De Fidejussoribus.

I.

F*Idejussor est* persona, quæ per stipulationem. *l.12. C.h.* alienam obligationem *l.21.§.2.ff.eod.* in fidem suam recipit. *l.65.ff.eod.* in majorem creditoris securitatem. *PR. J. h.* principali debitore nihilominus obligato manente. *l. 5. C. h.* Olim stipulatio requirebatur. *d.l.12.* at *hodie* conventio cum fidejubente inita sive expresse, sive tacite, sive inter præsentes, sive inter absentes, sufficit. Pr. I. h.

II. *Fidejussor accedit obligationi ratione* (1.) *constitutionis*, (1.) *re, verbis, literis, aut consensu contractæ. §. I. J. h.* (2.) *mixtæ, civili, item naturali* plenæ, ex qua solutum repeti non potest *l. 7. ff. h.* ita servus pro eo, quod debet, fidejussorem dare potest. §. *I. J. h. l. 70. §.3. ff. h. j. l. 13. ff. d. cond. indeb.* (3.) *ex facto obligatorio licito illicitove descendenti*, & quidem huic *ad præstationem pecuniariam* tendenti de judicato solvendo. *l. 8. §. 5. ff. h. l. 6. §. 3. C. d. Appellat.* quoties pœna illius est corporis afflictiva, admittitur pro re nata fidejussor de reo judicio sistendo. *l. 4. ff. d. custod. & exhib. reor. j. l. 27. C. h.* (2.) *Transmissionis* eo cum effectu, ut fidejussoris hæres quoque relinquatur obligatus. §. *II. J. h. l. 24. C. h.* pro rata scilicet hæreditaria. *l. 24. ff. eod. j. l. 2. C. d. hæred. act.* id quod etiam *apud Saxones* obtinet, li- §. 1. I. h. §. 2. I. h.

ćet hæredum nulla ſit facta in inſtrumento fidejusſionis mentio *P.3. C. El.20.* (3.) *Modi* non tantum ita *ut ſequatur obligationem*, ſed etiam
§.3.I.h. eandem *præcedat*, §. *III. J. h.* ſi ſpectes promisſionis ordinem, non obligationis effectum, ſiquidem is tamdiu eſt in pendenti, usque dum principalis obligatio exiſtat. *l. 6. § 5. ff. h.* (4.) *Quantitatis*, *dummodo obligatio fidejuſſoria*, tanquam acceſſoria, *ſit principali obligatione minor*, *vel eidem æqualis*, non autem principali major, ſive intuitu Summæ ſ. intuitu puritatis cum
§.5.I.h. principalis obligatio eſt conditionalis. §. *V. J.h.* (*a*) *L.12.* §. *1.ff.d. V.S.* (*b*) *Interim* fidejuſſio efficacior ſ. firmior conſtitui haud prohibetur, velnti ſub pignore, *l. 59. ff. h.* §. *I. J. h.* item ſubſiſtit fidejuſſio Major principali debito, quoties apparet, majorem ſummam, aut ſimile quid in ſtipulatione exprimentem de minore, eove, quod debetur quoque ſentire, & promiſſoris, aut *hodie* paciſcentis, eandem eſſe intentionem: tum enim obligatio ad concurrentem ſummam vel obligationis, ut conditionalis qualitatem tenebit. *a. l.1.* §. *4. ff. h. l. 83.* §. *3. ff. d. V. O. l.33. ff. mand. l. 11.* §. *fin. ff. d. conſt. pec.*

III. *Fidejuſſor gaudet* in relatione ad (1.) confidejuſſores *Beneficio Diviſionis*, quod eſt privilegium (Epiſtola Divi Hadriani introdu-
§.4.I.h. ctum.) *L. 26. ff. h.* §. *IV. J. h.* (*c*) reale. *l. 27.* §. *3. ff. h.* competens fidejuſſori in ſolidum convento adverſus creditorem, adhoc ut, rata parte ab hoc fide-

fidejussore accepta, a reliquis quoque fidejussoribus, tempore litis contestatæ solvendo existentibus. (sic *resp. F. J. L. M. Maj. 708.*) residuum pro rata petat. §. *IV. J. h. l. 10. §. 1. C. h.* (2.) Debitorem *beneficio excussionis, s. ordinis*, quod est privilegium reale accessorie obligatis concessum adversus creditorem ad hoc, ut ipsi non ante conveniantur, quam principalem debitorem, non esse solvendo constet, *N. IV c. 1.* (3.) creditorem *Beneficio cedendarum actionum*, quod est privilegium concessum Fidejussori, integrum debitum solvere parato, adversus creditorem, ut omnes actiones contra debitorem principalem & fidejussores competentes solventi præstet, ad id, quod pro iis solvit, repetendum. *l. 17. l. 39. ff. l. 11. l. 21. C. h.* Beneficia fidejussorum tolluntur per renunciationem specialissimam *Jure Sax. El. P. 2. C. El. 17.*

IV. *Fidejussor* (1.) *habet actionem* adversus debitorem, ad recuperandum id, quod pro eo solvit, *contrariam mandati*, si pro mandante fidejussit. §. *VI. J. h. l. 6. §. 2. ff. mand.* si pro ignorante *negotiorum gestorum l. 20. §. 1. ff. eod.* modo suam solutionem doceat (2.) *accipi potest in quavis lingva* etiam Græca. §. *VII. J. h.* §. 6. I. h. §. 7. I. h.

V. Probari etiam potest fidejussio per instrumentum, quo scriptum est stipulationem (*hodie* conventionem,) eo nomine intervenisse, atque tum videntur omnia solenniter esse acta. §. *VIII. J. h. l. 30. ff. d. V. O. Jure hodierno* fidejussor et- §. 8. I. h.

 iam

iam recte constistutus censetur qui subscripsit chirographo, quo continetur eum, qui subscriptionem fecit, fidejussisse.

(*a*) *Non plus in accessione potest esse, quam in principali obligatione. §. 5. J. h.*

(*b*) *Plus est statim aliquid dare, minus est post tempus aliquid dare. §. 5. J. h. l. 12. §. 1. ff. d. V. S.*

(*c*) *Fidejussores gaudent beneficio Divisionis. l. 26. ff. h. §. 4. J. h. Excussionis. N. 4. c. 1. & cedendarum actionum, l. 39. ff. h.*

TIT. XXII.

De Literarum Obligatione.

I.

LIterarum obligatio s. *contractus chirographarius* est contractus literalis nominatus, stricti Juris, quo quis spe futuræ numerationis fatetur se pecuniam accepisse, eamq; se restituturum promittit. §. *UN. J. h.*

§.Un.I.h.

II. *Literarum obligatio parit*, ratione Creditoris *condictionem certi ex literis*, sive ex *Chirographo*, quæ est personalis stricti juris & competit creditori, qui a debitore spe futuræ numerationis vel dationis Chirographum datum est, adversus debitorem, ut id, quod in eo se accepisse confessus est & restituturum se esse promisit restituat. *d. §. UN. l. 14. C. d. non numer. pec.* cui adhuc *hodie* locus est. Respectu debitoris autem *non nume-*

numeratæ pecuniæ.(1.)*querelam*, quæ datur omnibus Debitoribus, qui numerationem pecuniæ vel dationem in scriptura confessi sunt. Sed eam non acceperunt, adversus creditores, quibus datum est Chirographum, ad hoc ut ipsi numerationem vel dationem intra biennium probent. *l. 10. l. 14. C. d. non num. pec.* cui ad huc *hodie* locus est. (2.) *exceptionem* hæc est vel *privilegiata* & a debitore ex Chirographo obligato Creditori intra biennium opponitur creditoremque necessitate probandi numerationem s. dationem onerat. *l. 3. l. 10. C. d. non num. pec. j. L. 24. quæ in fraud. cred.* (*a*) etiam hodie, vel *non privilegiata* & a debitore ex Chirographo obligato Creditori post biennium opponitur, debitoriq; necessitatem probandi non factam numerationem imponit. *a. l. 3. l. 10. C. d. non numer. pec. j. C. 61. d. R. J. 6. l. 5. C. d. Except.*

III. Contractus chirographarius pro affini agnoscit *apocham* eine Quittung, in qua facta est a creditore confessio solutionis debiti spe futuræ numerationis, atque hæc producit *querelam vel exceptionem non numeratæ pecuniæ adversus Apocham*, qua is, qui in apocha solutionem confessus est, quam non accepit, intra 30. dies eum, cui apocham dedit, necessitate probandi numerationem s. dationem onerat. *L. 14. §. 2. C. d. non. num. pec.* (*b*)

(*a*) *Jus Civile vigilantibus scriptum est. l. 24. ff. quæ in fraud. Cred.*

 (*b*) *Que-*

(b) Querela & exceptio non numeratæ pecuniæ adversus apocham 30. diebus præscribitur. l. 14. §. 2. C. d. non. num. pec.

Tit. XXIII.

De Obligationibus ex Consensu.

I.

Contractus Consensualis, (1.) *est*, qui solo nudoque consensu perficitur, unde neque scriptura neque verbis, neque datione opus est, ut
§. Un. I. h. substantiam capiat obligatio. §. *UN. J. h.* (2.) *inter absentes quoque celebratur* veluti per nuncium, Epistolam *d. §. un.* atque tum ibi esse creditur locus contractus, ubi Consensus mutuus conjungitur, *a. l. 21. ff. d. O. & A.* (3.) *obligat utramque* contrahentium *partem*, & est bonæ fidei, *d. §. UN. J. §. 28. J. d. act.*

Tit. XXIV.

De Emtione & Venditione.

I.

Emtio Venditio est contractus consensualis, h. f. §. *28. J. d. action.* de certa re pro certo
Pr. §. 1. I. h. pretio tradenda. *PR. §. I. J. h.* 2. Emtio venditio dividitur in eam, quæ fit (1.) *ad corpus* s. *per aversionem*, überhaupt, quando principalis respectus habetur ad corpus, quantitas vero vel nulla vel obiter, sive demonstrative tantum (non taxative) exprimitur. *a. l. 69. §. 3. f. ff. d. evict. Ad quantitatem*, nach der Ruthen Zahl, nach dem

An-

Anschläge, gemessen, quando principaliter & restrictive ad quantitatem, minus principaliter & saltem demonstrationis gratia ad corpus respicitur, *a. l. 38. ff. d. act. emt. l. 42. ff. eod.* Hoc casu, cum ponderatione vel numeratione subsecuta, *deprehenditur quantitas major*, superfluum venditor retinere, vel emtor pretium augere, *l. 40. §. 2. ff. d. contrab. emt.* Si *minor*, venditor defectum supplere, aut partem pretii remittere tenetur. *l. 38. ff. d. act. emt. l. 69. §. f. ff. d. evict.* (2.) *sine scripto*, ad cujus substantiam scriptura non requiritur, sive ea penitus omittatur sive probationis gratia saltem adhibeatur. *a. l. 4. ff. d. pign.* Hæc consensu perficitur, quamvis nondum pretium numeratum, ac ne arrha quidem data fuerit. *PR. J. h.* *Arrha* autem est res in negotii gerendi securitatem, aut evidentiorem negotii gesti probationem, data *d. PR. l. 35. ff. d. contr. Emt.* *In scriptis* ad cujus substantiam, vi conventionis contrahentium, scriptura consummata requiritur. *PR. J. h. l. 17. C. d. fid. instr.* Atque in ea locus est pœnitentiæ, quamdiu emtio venditio, vi conventionis, nondum censetur esse consummata. *Pr. J. h. R. J. d. a. 1512. t.* von Notarien. §. *11.* ita tamen ut arrha, Handgeld, quæ futuri contractus intuitu data est, *si pœniteat dantem*, perdatur, si accipientem, cum altero tanto restituenda sit. *d. PR.* etiam *hodie.* Verum *quando arrha contractui perfecto accessit*, (tali scilicet, in quo pœnitere

non

non licet) probationis gratia, ne quidem sub pœna arrhæ amittendæ, aut acceptæ in duplo restituendæ, pœnitentia permissa est.

III. *Emtio venditio requirit mercem certam & pretium.* (1.) *certum vel per se vel per relationem ad rem* certam. *l. 7. §. 1. ff. d. contrab. emt. j. L. 6. ff. d. R. C.* (*a*) *aut personam Tertii certam*, quo casu emtio est conditionalis, electoque hoc Arbitro pretium determinante conditio adjecta existere censetur, & arbitrio ejus standum

§. 1. I. h. est. §. *1. J. h. l. f. C. d. contr. Emt.* ob iniquitatem arbitrii tamen reductioni ad æqui judicis temperamentum locus relinquitur. *a. l. 76. l. 79. ff. pro. soc. At arbitro* hoc *pretium vel nolente vel non valente definire*, pro nihilo est venditio *d.* §. *1.* quæ dicta sunt de arbitrio collata in personam certam tertii in Emtione, ad Locationem, ob paritatem rationis, trahenda sunt. §. *1. J. h.* (2.) *in numerata pecunia consistens: Differt* igitur *emtio a permutatione*, in qua species datur, ut accipiens pro ea vicissim aliam det. *In per-*

§ 2. I. h. *mutatione* enim (1.) res pro re datur §. *II. J. h.* (2.) contractus non consensu sed rei traditione constituitur, *l. 1. §. 2. ff. d. rer. perm.* (3.) res propria a permutatore tradenda, *l. 1. §. 3. ff. eod.* cum emtio etiam rei alienæ subsistat *l. 30. §. 1. ff. d. act. emt. l. 28. ff. d. contrab. emt.* (4.) illi, qui dedit, altero vicissim non dante pœnitere licet. *l. 5. §. 1. ff. d. P. V.* emtione autem consensu perfecta pœnitentia haud est permissa. *l. 14. C. d. resc. vendit.*

IV.

IV. *Emtio Venditio efficit, cum perfecta est*, sive in scriptis, seu consensu in rem & pretium, *ut in emtorem transeat.* (1.) *periculum*, etiamsi res ei tradita non sit, unde res emtori perit, cum venditor sit speciei debitor, qui ejus interitu sine culpa sua latâ & levi contingente liberatur. §. *III. J. h.* & pretium nihilominus exigere potest. §. *3. J. h. L. f. C. d. peric. & commod. rei vend. l. 5. §. f. ff. d. rescind. Vend. j. l. 23. ff. d. V. O. l. 10. l. 23. ff. d. R. J.* etiam *bodie*, *licet* apud *Saxones* res immobilis nondum sit judicialiter tradita. Causa enim ferendi casus fortuiti est perfecta emtio, non Dominii facta translatio. Quodsi forte *Venditor* conventione *se obligaverit ad custodiæ præstationem*, lævissimam præstat culpam, ne pactio inanis sit. §. *III. J. h.* Cum vero venditor sit adhuc rei nondum traditæ possessor & Dominus. *d.* §. *j. l. 20. C. d. pact.* Emtori Rei Vindicationem, Conditionem furtivam Actionemque furti furto facto, & Legis Aquiliæ, damno dato, cedere tenetur. §. *III. J. h.* (.2) *commodum*, e. g. fructuum ejusve, quod per alluvionem adjicitur. *§. III. J. h. L. 1. C. d. peric. & commod. rei vend.* §. 3. I. h.

V. Emtio venditio parit obligationem, ex qua descendit *Actio*, (1.) *Emti*, quæ est Civilis. *l. 33. ff. d. ædil. edict.* personalis, rei persecutoria, b. f. competens emtori ejusque hæredibus, adversus Venditorem ejusque hæredes ad rem venditam cum accessionibus tradendam. *l. 13. §. f. l. 14. ff. d. act. emt.* atque id, quod ex natura contractus,

tractus, vel pacto legitime adjecto debetur, præstandum. *l. 6. §. 1. ff. eod.* (2.) *Venditi*, quæ est civilis, personalis, rei persecutoria competens Venditori ejusque hæredibus adversus emtorem ejusque hæredes, ad pretium solvendum & omne id, quod ex natura contractus vel pacto legitime adjecto debetur, præstandum. *l. 13. §. 19. 20. ff. l. 1. C. d. act. emt.*

§. 4. I. h. VI. *Emtio Venditio recipit* (1.) *conditionem*, *§. IV. J. h.* qua *deficiente* emtio Venditio nulla, *pendente* imperfecta est; *existente* ab initio perfecta fuisse fingitur: unde cum res vendita superest tempore adimpletæ conditionis, & deterior facta, periculum est emtoris. *l. 8. ff. d. per. & comm. rei. vend.* (2.) *pactum*, præcipue *1. Addictionis in diem*, quo venditori datur facultas, rem, quæ vendita vel vendenda est, addicendi meliorem conditionem offerenti *l. 2. ff. d. in diem addict. 2. Pactum legis commissoriæ*, quo conventio ita initur inter emtorem & venditorem, ut, pretio non soluto, res sit inemta *l. 1. ff. d. leg. Commiss. 3. Pactum de retro vendendo*, der Wiederkauff, quo inter emtorem & venditorem convenit, ut Emtor Venditori pretium restituenti, vel quandocunque huic placuerit, vel intra certum tempus, vel post certum tempus, rem emtam retrovendere teneatur. *l. 2. C. d. pact. int. emt. & Vend.*

VII. *Emtio Venditio inutilis est, quatenus versatur circa res extra commercium constitutas*, quan-

quandò quis eas sciens emit. e. g. loca sacra, religiosa, publica, liberum hominem, §. *V. J. h. L. 34. §. 1. ff. d. contrab. emt.* (*c*) *j. l. 70. ff. d. contrab. emt.* at *si* Emtor, à Venditore deceptus, eas e. g. tanquam profanas, privatas &c. vendente, *ignorans emerit*, Venditorem habet actione ex emto, ad præstandum id, quod sua interest deceptum non esse, obligatum. *d.* §. *V.* §. 5. I. h.

(*a*) *Certum est cujus quantitas, qua in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione, qua nominis vice fungitur, qualis quantaq; sit, ostenditur. l. 6. ff. d. R. C.*

(*b*) *Post perfectam venditionem omne commodum & incommodum, quod rei venditæ contingit, ad emtorem pertinet. l. 1. C. d. peric. & Commod. rei vend.* §. *3. J. h.*

(*c*) *Earum rerum, quas natura, vel gentium jus, vel civitas commercio exemerunt, nulla venditio est. l. 34.* §. *1. ff. d. contrab. Emt.*

TIT. XXV.

De Locatione & Conductione.

I.

L*Ocatio Conductio* est contractus consensualis, b. f. quo usus rei vel operæ personæ pro certa mercede conceditur. *PR. J. h. L. 22.* §. *1. 2. ff. h.* Pr. I. h. Dividitur ab objecto in *Locationem rerum* s. fruendi, qua usus rei pro certa mercede tribuitur, & *operarum* s. faciendi, qua opera personæ pro certa mercede conceditur eaq; est vel *operarum*

in

in specie, ubi operæ citra determinationem operis locantur, vel *operis*, quando qui certum opus faciendum, locat, simul certas operas conducit. *In hac* locator operis, *potest conductor* operæ, *& locator* operæ, conductor operis *dici l. 22. §. 2. l. 13. pr. §. 1. ff. h.*

II. Locatio conductio producit *actionem locati & conducti*, *Actio locati* est personalis, rei persecutoria, bonæ fidei daturque locatori & ejus hæredibus adversus conductorem ejusque hæredes *§. f. J. h.* ad mercedem solvendam & reliqua, quæ ex natura contractus & legitima conventione partium debentur, præstanda *a. PR. J. h. Actio conducti est* personalis, rei persecutoria, b. f. & datur conductori, ejusque hæredibus adversus locatorem ejusque hæredes, ad usum concedendum & reliqua, quæ ex natura contractus vel legitima conventione partium debentur, præstanda *a. PR. J. h. l. 15. §. 1. ff. eod.*

III. Locatio conductio *requirit consensum determinatum in mercedem & rei usum operamve personæ. Merces* autem *debet esse* (1.) *certa* vel per se, vel per relationem ad arbitrium Tertii, certi
§. 1. I. h. tamen, ut in emtione venditione. *§. I. J. h.* Proinde si vestimenta dentur sarcienda mercede non constituta, sed, ut postea detur quantum inter contrahentes conveniret, celebratus est contractus, facio ut des, atque ex eo descendit, *Actio præscriptis verbis*. *§. 1. J. h.* (*ita quoque resp. F. I. L. M. April. 704.*) quæ *in genere* spectata datur ex con-

contractu innominato iis, qui sua ex parte contractum adimpleverunt adversus eos, qui rem factumve acceperunt, ad fidem contractus adimplendam. *l. 5. l. f. C. d. rer. perm.* (2.) *In numerata pecunia* consistens. *a.* §. *2. J. b.* eaque æstimationem continet usus rei vel operæ personæ *a. l. 1. §. 9. ff. depos. l. 25. §. 6. ff. b. l. 5. §. 2. ff. d. P. V. Quoties* locatis rebus *in fructibus consistit* Merces, locatio conductio *est irregularis. l. 35. §. 1. ff. l. 8. l. 21. C. b.* Cum mutuus conceditur rerum (e. g. boum) usus ad denos dies, contractus est innominatus facio ut facias, atque actionem, præscriptis verbis parit. §. *II. J. b.* §. 2. I. h.

IV. Diversus est a locatione conductione *Contractus emphyteuticarius*, qui est consensualis, b. f. de utili rei immobilis Dominio transferendo sub lege meliorationis annuique canonis solvendi, in dominii directi recognitionem. §. *III.* §. 3. I. h. *J. b. j. l. f. C. d. jur. emph.* ex quo nascitur *actio emphyteuticaria utrinque directa* eaque *competit* (1.) *illi, cui emphytevsis promissa* est, ejusque hæredibus, adversus promissorem ejusque hæredes ad rem in emphytevsin tradendam. *a.* §. *2. J. d. don.* (2.) *Domino rei Emphyteuticariæ* adversus emphytevtam, emphytevsin accipientem, ad rem emphyteuticariam conservandam, curando & colendo meliorem reddendam, canonemque singulis annis præstandum. §. *III. J. b. l. f. C. d. jur. emphytevt.*

V. *Post Traditionem* rei emphyteuticariæ

Emphyteuta habet jus emphyteuticum ein Erb-zinß-Recht, *f. utile Dominium*, a Domino directo concessum sub lege meliorationis annuique canonis in dominii directi recognitionem præstandi. *d. l. f.* Hic notari meretur, esse *Dominium* vel *plenum*, quo Dominus proprietatem nullo modo deminutam habet *a. l. 25. ff. d. V. S. vel minus plenum*, quo Dominus proprietatem deminutam habet, idque est vel *directum*, das Ober-Eigenthum, vi cujus Domino e. g. emphyteuseos superior & independens pars Dominii competit, vel *utile*, das mindere oder das nutzbare Eigenthum, vi cujus domino inferior & dependens pars dominii competit. e. g. emphyteuta. *a. l. 1. §. f. ff. d. pign. act. a. l. 1. §. f. ff. si ager vect. vel emphyt.* proinde emphyteusin suam, accedente Domini directi consensu, alienat. *l. fin. C. de. Jur. emphyt.*

VI. *Jus emphyteuticum* (1.) *est perpetuum*, ad hæredes transit, & singulares successores, ut donatarios, emtores. *§. III. J. h.* in casum venditionis autem competit Domino jus Προτιμήσεως, intra duos menses exercendum. *l. 3. C. d. jur. emphyt.* (2.) *est pactis determinandum*, quibus si nihil est cautum, *totalis interitus* periculum ad Dominum, partialis ad emphyteutam redundat *§. III. J. h. ceu resp. F. I. L. M. Febr. 1708.* (3.) *amittitur* canone non soluto ab emphyteuta in emphyteusi ecclesiastica per biennium *N. 120. c. 8.* seculari per triennium. *l. 2. C. d. Jur. emphyt. Conf. P. 2. C. El. 38.*

VII.

VII. *Versatur merces*, in locatione conducti-
ne pro usu rei vel opera personæ præstanda, *cir-
a materiam alienam*, e. g. cum aurum traditur,
ut ex eo fiat pro mercede certa annulus, quo-
ies convenit, ut annulus ab aurifice ex auro i-
isius certi ponderis in certa forma fieret, est em-
io venditio. §. *IV. J. h. l. 2. §. 1. ff. h.*

VIII. Locatio conductio obligat locatorem §. 4. I. h.
& conductorem ad id, quod lege, s. pactione
peciali, cautum est. *§. V. J. h. l. 23. ff. d. R. J.*
Quando nihil conventum ex bono & æquo in §. 5. I. h.
contractu hoc bonæ fidei determinanda est ob-
igatio. *d. §.* & *obstringitur* locator conductor-
ue *ad mediam* saltem *diligentiam*, ob parem
ontrahentium utilitatem. *a. l. 11. §. 3. ff. b. l. 3.
. 1. ff. naut. caup. stab. j. l. 5. §. 2. ff. commod. Ve-
um* is, qui tanquam *artifex* opus conduxit, ma-
imam diligentiam præstare tenetur. *l. 25. §. 7.
. l. 9. §. 5. ff. eod.* Non tamen damnum casu for-
tito datum in locatione conductione resarcien-
um venit. *§. V. J. b. l. 23. ff. d. R. J. j. l. 55. ff. h.*
Quod si vero *circa fructus* nondum perceptos
calamitas inconsueta extrinsecus sine culpa con-
uctoris, *l. 15. §. 2. 3. 5. ff. h.* acciderit & damnum
tolerabile dederit, *merces remittenda est. l. 25.
6. ff. h.*

IX. Locatio conductio *obstringit* non tan-
m locatorem & conductorem, sed etiam eo-
m *hæredes. §. VI. J. b. l. 10. C. loc. l. 37. ff. de ac-* §. 6. I. h.
ir. vel omitt. hæred. Non tamen *singulares*

 lo-

locatoris *successores:* ut emtores. *L. 9. C. loc.*(*a*) Qui Conductorem, ante finitum tempus locationis conductionis, expellere queunt, juxta vulgatum, Kauff gehet vor Miethe.

(*a*) *Emtorem fundi necesse non est stare locationi prioris Domini, nisi ea lege emit. l. 9. C. loc.*

Tit. XXVI.

De Societate.

I.

SOcietas est contractus consensualis, b. f. §. 28. *J. d. act.* de re, item opera ad faciendum commune lucrum communicanda. *l. 5. §. f. l. 9. ff. b.*

II. *Societas* dividitur (1.) ab objecto in *universalem* & *particularem*, *universalis* est vel *omnium bonorum s. generalissima*, quæ omnia sociorum bona præsentia & futura quocunque titulo honesto, s. oneroso, sive lucrativo quæsita,
Pr. I. h. complectitur. *PR. J. h. l. 3. §. 1. ff. h.* Hæc inæqualia commoda & onera recipit. *a. l. 66. l. 52. §. 16. f. ff. b. vel bonorum simpliciter seu generalis*, in qua omnia, quæ ex quæstu s. ex negotiatione provenjunt, communicanda sunt. *l. 7. ff. b. Societas particularis est*, in qua ex certa negotiatione provenientia communicantur. *PR. J. b. l. 52. §. 5. ff. b.* (2.) à modo contrahendi dividitur in *societatem Sortis*, qua eorum, quæ conferuntur, proprietas communicatur. *l. 58. ff. b.* & *societatem interfurii*, qua eorum, quæ conferuntur, fru-
§. 2. I. h. ctus & lucrum communicatur. *d. l. a. §. II. J. h. l. 44. ff. b.*

III.

III. *Societas intendit lucri communicationem, partibus* autem lucri & damni *conventione non determinatis* observanda est æqualitas legitima. §. *I. J. h.* æstimanda ex circumstantiis operæ, industriæ, pecuniæ collatæ. *l. 6. ff. h.* boni viri arbitrio *l. 76. ff. h. Partibus determinatis* (1.) *explicite* partes expressæ, *licet inæqualiter, servandæ sunt*, utputa si pacti sint socii ut (1.) ad unum duæ partes lucri & damni pertinerent, ad alterum tertia. §. *I. J. h.* (2.) ad unum lucri duæ partes pervenirent, damni tertia, & ad alterum duæ partes damni, lucri tertia. §. *II. J. h.* (3.) unus pecuniam conferret alter operam, & tamen lucrum commune esset. *d.* §. *L. 1. C. h.* (*a*) (4.) Lucri partem socius ferret, de damno non teneretur. *d.* §. *II.* (*b*) neque enim quicquam prohibet, inæqualitatem constitui etiam animo donandi. *a. l. 38. ff. d. contr. emt.* (2.) *implicite*, e.g. in lucro solo vel solo damno, in eo quoq;, quod prætermissum, eadem pars servanda venit. § *III. J. h. L. 10. ff. d. R. J. j. L. 13.* §. *1. ff. commod.* (*c*) §. 1. I. h. §. 2. I. h. §. 3. I. h.

IV. Societas *producit Actionem pro socio* utrinque directam, quæ est Civilis, b. f. rei persecutoria, & datur socio, ejusque hæredibus adversus socium ejusque hæredes. *l. 63.* §. *8. ff. h.* ad hoc ut lucrum communicet. *l. 3. C. h.* damna lata levique culpa data resarciat. §. *IX. J. h. l. 5.* §. *2. ff. commod.* expensas in societatem factas restituat. *l. 44. ff. h.* & omne, quod ex natura societatis & conventione partium debetur, præstet. §. 9. I. h.

ſtet. *Spectanda eſt* autem *culpa h. l. in concreto i. e.* juxta conſuetam ſocii diligentiam. *d. §. IX.*

V. *Societas ſolvitur* (1.) mutuo *diſſenſu l. 65. §. 3. ff. h. l. 35. ff. d. R. J.* nec non *temporis* definiti *lapſu. l. 65. §. 6. ff. h.* (2.) *renunciatione* unius, licet tacita, veluti ſeparata negotiatione. *l. 64 ff. h.* licet pacto perpetua ſocietas inita ſit. *a. l. 14. L. 70. ff. h.* (*d*) (*e*) ſed renunciatio fiat *bona fide*, quod ſi enim doloſa fuerit. e. g. ex calliditate, quo renuncians ſolus caperet lucrum alias communicandum, profecta, ſocium, cui facta eſt renunciatio, à renunciante, non autem renunciantem à neceſſitate lucrum captatum com-
§. 4. I. h. municandi liberat. *§. IV. J. h. l. 65. §. 3. ff. h.* (3.) *morte Socii* naturali, item civili *l. 63. §. f. ff. h.* ut Banno imperii *O. C. P. 2. t. 9. §. 2.* Quia, qui ſocietatem contraxit, certam ſibi perſonam
§. 5. I. h. elegit. *§. V. J. h.* ita ut ne quidem ex pacto ſocietas *ad hæredes* regulariter tranſeat. *l. 59. ff. h. l. 65. §. 11. ff. h.* *Quamvis* ad eos *transmittatur actio pro ſocio. l. 63. §. 8. ff. h.* ex obligatione ante nat., item dolus & culpa in eo, quod ex ante geſto pendet, tam ab hærede, quam hæredi præſtanda ſit. *l. 65. §. 9. ff. h.* nec non cœptum a defuncto negotium hæres habilis perficere queat. *l. 42. ff. h.* & *ſufficit mors unius*, etiam etſi plures adſint, niſi aliud conventum ſit. *§. V. J. h.* (4.) *Ne-*
§. 6. I. h. *gotio*, propter quod inita eſt, *finito. §. VI. J. h. l. 65. §. 10. ff. h.* (5.) *Bonorum amiſſione per pu-*
§. 7. I. h. *blicationem* ſ. confiſcationem. *§. VII. J. h.* tum enim

enim socio fiscus succedit. *a. l. f. ff. d. bon. eor. qui mort. sibi consciv.* item *per bonorum cessionem*, postremo autem casu & novo consensu, nova constitui potest societas. §. *VIII. J. h.* & per §. 8. I. h. solam cedentis operam constituta haud dissolvi *a. d.* §.

(*a*) *Societas uno pecuniam altero operam conferente contrahi potest. l. 1. C. h.* §. *2. J. h.*

(*b*) *In societate non intelligitur lucrum, nisi omni damno deducto, neque damnum nisi omni lucro deducto. l. 30. ff. h.* §. *2. J. h.*

(*c*) *Secundum naturam est commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. l. 10. ff. d. R. J. & vice versa. a. l. 13.* §. *1. ff. commod.*

(*d*) *In communione nemo compellitur invitus detineri. l. 5. C. comm. div. l. 14. ff. pro soc.*

TIT. XXVII.

De Mandato.

I.

M*Andatum* Vollmacht est contractus consensualis de negotio futuro, & honesto gratis expediendo. §. *7.* §. *f. J. h.* (2.) Mandatum dividitur ratione (1.) causæ efficientis in *expressum*, quod expressa, & *tacitum*, quod tacitâ voluntate constituitur. *a. L. 18. ff. h.* (*a*) *l. 61.* §. *2. ff. h.* (2.) ratione objecti in *universale*, quod ad universa, & *particulare*, quod ad certum negotium, vel certa negotia pertinet *l. 6.* §. *6. ff. h.* (3.) ratione finis *in id quod contrahitur* (1.) *man-*

Pr.§.1.I.h. *dantis* f. sua *tantum* gratia. *PR.§.I.J.b.* (2) *man-*
§.2. I.h. *dantis & mandatarii* f. tua & sua gratia §. *II.J.b.*
§.3.I.h. (3.) *Tertii* f. aliena tantum *causa.* §. *III. J. b.* Quamvis enim mandantis ab initio non intersit, mandatum tamen per se subsistit *d.* §. & Actionem producit, cum ex hoc facto mandantis interesse cœperit. *a. l.8.* §.*4.ff.b.* (4.) *mandantis &*
§.4.I.h. *tertii* f. sua & aliena gratia. §.*IV.J.b.* (5.) *man-*
§.5. I.h. *datarii & tertii,* f. tua & aliena gratia. §. *V. J. b.* (6.) *Mandantarii f.* tua tantum *gratia.* Et hoc quidem potius est consilium quam mandatum.
§.6. I.h. §. *VI. J. b.* Dicitur autem *consilium,* quo, quis in re dubia, quid sibi videatnr, exponit, citra intentionem eum, cui consulitur, ad obsequendum, aut se ad indemnitatem præstandam obligandi. *d.* §. Hujusmodi *consilium* æque ac commendatio generalis *haud obstringit. d.* §. *l. 12.* §.*12.ff.h.* (*b*) *j. l.f.C. quod cum eo,qui in al.Obligat* vero *consilium* dolosum *L. 47.ff. d. R. J.* (*c*) item cum enixa persvasione conjunctum. *a. d.* §. *VI. J. b. l. 12.* §. *13. ff. b. Dec. El. 42.*

III. *Mandatum versatur circa negotia futura*
§.7.I.h. *& honesta.* §. *VII. J. b.* itaque mandatum rei *illicita nullum est,* sive ea illicita sit *civiliter. l.123. ff. d. R. J.* e. g. cum in *Sax. El.* Juramenti judicialis præstatio mandata est, siquidem id in propria persona præcise præstandum venit. *O. P. S. t. 18.* §.*f.* sive *naturaliter d.* §. (*d*) *l.15.ff. d.cond. Inst.* nihilominus hoc casu Mandans & mandatarius. *v.g.* injuriæ læso ex delicto obligatur. *L.11.* §.*3.ff. d. injur.*(*e*) IV.

IV. Mandatum producit *actionem mandati directam & contrariam*, *Directa* est civilis personalis, rei persecutoria *b.f.* §. *28. J. d. Act.* competens mandanti & hæredibus adversus mandatarium & hæredes ad mandatum exequendum. *l.22.* §.*11. ff. h.* Damnumque dolo aut quavis culpa illatum resarciendum. *l. 13. j. l. 21. C. h.* Quod *si mandatarius excesserit fines mandati.* Quatenus eos excessit, nullam, ne quidem negotiorum gestorum, actionem habet, §. *VIII. J. h. l. 5. ff. j.* §. 8. I. h.
l.31. §. *4. ff. d. neg. gest. l. 40. ff. h.* illos autem non creditur excessisse, qui id fecit, quod mandatum esse intelligitur, veluti cum 100. emere jussus minoris emit. §. *VIII. J. h.* *Actio mandati contraria* est Civilis, personalis, rei persecutoria b. f. competens mandatario ejusque hæredibus adversus mandantem ejusque hæredes, ad indemnitatem intuitu mandati consequendam. *l. 12.* §. *6. l. 15. ff. h.*

V. *Mandatum interit* (1.) *mandantis revocatione*, (hujus enim tantum utilitas versatur in mandato. *a. l. 12. C. d. pact.*) *re integra* suscepta, §. *IX. J. h.* unde datum procuratori judiciali §. 9. I. h.
mandatum, litis contestatione cum ipso facta, ne quidem consentiente procuratore, absque justa causa revocari potest, si adversa pars contradicat. *l. 17. l. 19. C. d. proc.* Pariter mandatario est præstanda indemnitas, cui revocatio mandati re non integra nocet. *l. 15. ff. h.* Quod si debitor tacitam revocationem mandati justo ignorave-

 rit.

rit. e. g. manumissionem dispensateris (servi scilicet pecuniis domini exigendis & administrandis præpositi) eique solverit, solutio ea
§. 10. I. h. parit liberationem §. *X. J. h. l. 18. l. 34. §. 3. ff. d. solut.* (2.) *morte mandantis:* nam velle desinit. *a. L. 4. ff. loc.* (*f*) *& mandatarii*, cujus electa est industria, re integra. §. *X. J. h.* dummodo mandatarius mandantis mortem non ignoraverit. *d.* §. Quando res desiit esse integra tam mandantis hæredes mandatario ad indemnitatem, quam mandatarii hæredes mandanti ad inchoata & connexa perficienda, obstringuntur. *a. l. 27. §. 3. ff. h. j. l. 37. §. 1. ff. d. administr. & peric. tut.* (3.) *Renunciatione mandatarii*, quia nihil utilitatis ex mandato capit, *vel tempestiva*,
§. 11. I h §. *XI. J. h.* ut per semet ipsum, aut per alium mandator eandem rem exequi possit. §. *XI. J. b.* nam intempestive renunciantem ad id, quod interest, actione mandati convenire licet. *l. 27. §. 2. ff. b. vel justa ex causa* e. g. ob adversam valetudinem *suscepta d. §. XI. l. 1. 23. l. 24. ff. b.* imo etiam is, qui urgente causa renunciationem prætermisit, indemnitatem præstare haud tenetur. *d. §. XI. l. 27. §. 2. ff. b.*

VI. *Mandatum recipit* (1.) *diem* item *conditionem*,
§. 12. I. h. sub qua differatur §. *XII. J. h.* (2.) *honorarium. l. 6. ff. h.* i.e. operæ beneficii loco præstitæ remunerationem. *l. 1. §. 1. ff. si mens. fals. mod. dix.* quamvis sit gratuitum. *L. 1. §. 4. ff. h.* (*g*)
§. 13. I. h. §. *XIII. J. h.* non mercedem, qua interveniente

transit

transit in locationem conductionem §. *XIII. J. h.* Interim honorarium tum demum debetur, quando promissum est, *d. l. 6. l. 17. C. h.* nisi quod *hodie* etiam non promissum procuratoribus judicialibus & advocatis solvendum est.

(*a*) *Qui patitur id fieri, quod prohibere potest ac debet, nisi velit pro consentiente haberi, mandare videtur. a. l. 18. ff. h. l. 6. §. 2. ff. h.*

(*b*) *Ex commendatione & consilio generali nulla nascitur obligatio. §. 6. J. h. l. 12. ff. h.*

(*c*) *Consilii non fraudulenti nulla est obligatio, caeterum, si dolus & calliditas intercessit, de dolo actio competit. l. 47. ff. d. R. J.*

(*d*) *Mandatum non est obligatorium, quod contra bonos mores est. §. 7. J. h.*

(*e*) *Mandans & mandatarius delicti laeso ex delicto obligantur. l. 11. §. 3. ff. d. injur.*

(*f*) *Mortuus velle desiit. l. 4. ff. locat.*

(*g*) *Mandatum, nisi gratuitum, nullum est. l. 1. §. 4. ff. h.*

TIT. XXVIII.

De Obligationibus quae Quasi ex Contractu nascuntur.

I.

Q*Vasi contractus* est qui consensu praesumto vel ficto constituitur. *PR. §. I. J. h.* Cujus species hoc titulo recensentur, nempe 1. negotiorum gestio 2. administratio tutelae, 3. rerum communium singularium. 4. haereditatis communis. Pr. §. 1. I. h.

nis. 5. ultimæ voluntatis agnitio. 6. indebit solutio.

II. *Negotiorum gestio*, est quasi contractus, ex quo Dominus, cujus negotia sine mandato geruntur, & negotiorum gestor, sibi

§. 1. I. h. invicem obligantur. §. *I. J. h. l. 2. ff. d. neg. gest.* is autem *hodie* non est infrequens, & parit *actionem directam & contrariam*, *directa* est personalis rei persecutoria b. f. §. *28. J. d. act.* competens domino ejusque hæredibus adversus gestorem ejusque hæredes. *l. 49. ff. d. O. & A.* ad hoc ut rationes reddat, reliqua restituat, damnumque lata & levi culpa datum resarciat. §. *I. J. h. Gestor* enim *regulariter levem culpam præstat. l. 20. C. d neg. gest. l. 23. ff. d. R. J.* per exceptionem, quandoque latam tantum *l. 3. §. 9. ff. d. neg. gest.* quandoque levissimam culpam v. g. cum adfuit, qui diligentius negotia administraret, & ad eadem, contemplatione gerentis, non accessit *d. §. 1. j. l. 6. f. ff. d. neg. gest. Actio negotiorum gestorum contraria* est personalis, rei persecutoria, b. f. & datur gestori ejusque hæredibus adversus Dominum ejusque hæredes ad indemnitatem consequendam, §. *I. J. h.*

III. *Administratio tutelæ* est quasi contractus, quo tutor pupillo ad fidelem defensionem & administrationem, ac pupillus tutori ad inde-

§. 2. I. h. mnitatem obstringitur §. *II. J. h.* Hinc descendit *actio tutelæ directa* & *contraria directa* est civilis, personalis, rei persecutoria, perpetua, b. f.

§. 28.

§. 28. J. d. Act. & datur finita tutela. l. 9. §. 4. 5. ff. d. tut. & rat. distr. ei, qui pupillus fuit, ejusque hæredibus l. 1. §. 17. ff. eod. adversus quondam tutorem ejusque hæredes. l. 1. §. 16. ff. eod. ad rationes reddendas, reliqua restituenda & damnum dolo, culpave lata aut levi datum resarciendum. l. 7. C. arb. tut. l. 1. ff. d. tut. & rat. distr. *Hodie* Tutores magistratui singulis annis, etiam haud requisiti, reddere jubentur rationes particulares. R. J. d. A. 1577. t. 32. §. 3. P. 2. C. El. 11. *Actio Tutelæ contraria* est personalis, civilis, rei persecutoria l. 3. §. f. ff. d. contr. tut. &. ut. act. f. finitaque tutela l. 1. §. 3. ff. eod. datur Tutori, ejusque hæredibus, adversus eum, qui pupillus fuit, ejusque hæredes, ad indemnitatem consequendam. §. II. J. h. Directa & contraria tutelæ actio utiliter ad curam applicari potest. l. §. 2. ff. eod.

IV. *Administratio rerum communium singularum* est quasi contractus, ex quo plures in communione (non societate, hæc enim est verus contractus. §. III. J. b.) rei singularis constituti sibi invicem ad lucri communicationem, & damni præstionem, obligantur. e. g. collegatarii §. III. J. l. 3. l. 20. ff. d. commun. div. Ea producit *actionem communi dividendo* atque est personalis (quatenus simul ex jure in re descendit, & ad rei communis divisionem tendit, dicitur mixta. §o. l. d. act. j. l. 7. §. 6. 7. l. 4. §. 3. ff. d. comm. d. l. 4. C. eod.) bonæ fidei §. 28. f. d. act. competens §. 3. I. h.

petens

petens illis, qui præter hæreditatem alias res communes habent, eorumque hæredibus, adversus eos, ipsorumque hæredes ad præstationes personales faciendas. *l. 4. §. 3. ff. comm. div.* unde lucrum est communicandum *l. 11. ff. eod.* damnumq; lata & levi culpa datum resarciendum, *a. l. 20. ff. l. 4. C. eod.*

V. *Administratio hæreditatis communis* est quasi contractus, ex quo cohæres cohæredi ad lucri communicationem. *l. 19. ff. fam. herc.* & damni præstationem obligatur. *l. 16. §. 4. ff. eod.*

§. 4. I. h. *§. IV. J. h.* atque hæc producit *actionem familiæ herciscundæ* §. *IV. J. h.* i. e. dividendæ hæreditatis, eaquæ est personalis b. f. *§. 28. J. d. act.* daturque inter cohæredes eorumque hæredibus & adversus ipsorum hæredes ad præstationes personales faciendas *l. 22. §. 4. ff. fam. herc.* Hic quoque præstanda est lata & levis culpa. *l. 25. §. 16. ff. eod.*

VI. *Ultimæ voluntatis agnitio*, est quasi contractus, quo ultimam voluntatem agnoscens ad onera legatorum (item fideicommissariorum particularium, mortis causa donationum) ade-

§. 5. I. h. functo sibi imposita præstanda obligatur. *§. V. J. h. j. l. 1. C. commun. d. leg.* illa parit Actionem *ex testamento*, quæ est personalis, stricti juris & datur legatariis adversus hæredes aliasve personas oneratas ad rem legatam cum suis accessionibus præstandam. §. *V. J. h. l. 8. l. 24. §. 2. l. 91. §. f. ff. d. leg. 1.*

VII.

VII. *Indebiti solutio* est quasi contractus, quo is, qui indebitum naturale per errorem. §. *VI. J. h. L. 53. ff. d. R. J.* (*a*) solutum accepit, ad ejus restitutionem obligatur §. *VI. J. h.* producit *condictionem indebiti*, quæ est actio personalis, stricti juris competens illi, qui naturaliter indebitum per errorem solvit. *l. 19. ff. d. cond. ind.* aut se soluturum promisit. *l. 31. ff. eod.* ejusque hæredibus adversus accipientem ejusque hæredes, ad indebitum solutum cum omni causa restituendum. *l. 15. ff. eod.* §. 6. I. h.

VIII. *Hæc condictio cessat in iis causis, in quibus lis inficiando crescit in duplum.* §. *VII. J. h.* *l. 4. C. d. cond. ind.* e. g. damno dato in Actione legis aquiliæ. *d.* §. *l. 2.* §. *1. ff. ad L. Aquil.* item legato vel fideicommisso piis locis relicto, nam datur his casibus adversus reum confitentem in simplum, inficiantem in duplum actio. *d.* §. §. 7. I. h.

(*a*) *Cujus per errorem soluti repetitio est ejus consulto dati donatio est. l. 53. ff. d. R. I.*

TIT. XXIX.

Per quas Personas nobis Obligatio acquiritur.

I.

O*Bligatio acquiritur* vel per nosmetipsos vel per alios, eosque vel homines liberos vel servos. *Per homines liberos* (1.) *filiosfamilias*, qui cum aliunde acquirunt obligationem eadem cedit regulariter patri ususfructus filiofam.

pro

Pr. I. h. proprietatis jure *PR. J. b.* (2.) *bona fide possessos* si quid ex re nostra operisve suis acquirunt. *§. I.*
§. I. I. h. *J. b.*

II. Acquirimus *per servos alienos*, quatenus eos bona fide possidemus. *d.* §. aut in iis usumfructum habemus ex re nostra operisve servo-
§. 2. I. h. rum. §. *II. J. b. per servos proprios* in solidum *PR. J. b.* & cum sunt plures Domini pro domi-
§. 3. I. h. nica parte. §. *III. J. b.* §. *3. J. d. stip. serv. Hodie* id non nisi ad mancipia Turcica applicari potest.

Tit. XXX.

Quibus Modis Tollitur Obligatio.

I.

OBligatio tollitur ipso jure (1.) Solutione, (2.) acceptilatione (3.) novatione (4.) mutuo dissensu.

II. *Solutio* est rei debitæ naturalis præstatio
Pr. I. h. animo tollendi obligationem facta *PR. J. b. l. 49. ff. d. solut.* & requirit. ut (1.) solvat is, qui liberam bonorum suorum administrationen habet. *a. l. 14. ff. d. solut.* §. *2. J. quibus al. lic. vel. non.* (2.) solutionem accipiat Creditor, qui liberandi facultate gaudet. *d.* §. *2.* (3.) ipsa res debita tota solvatur. *l. 41.* §. *1. ff. d. usur.* aliud pro alio consentienti saltem creditori solvi potest. *Pr. J. b. l. 2.* §. *1. ff. d. R. C.* (*a*) (4.) solutio fiat in eadem bonitate, quæ fuit tempore contractus. *l. 3. ff. d. R. C. P. 2. C. El. 28.* (5.) solvatur debito loco & tempore. *l. 39. ff. d. solut.*

III. *So-*

III. *Solutio liberat.* (1.) sive ipse qui debet, sive Alius solvat, pro debitore ignorante sciente, aut invito. *PR. J. b. l. 23. ff. d. sol. L. 39. ff. d. neg. gest.* (*b*) (2.) ita ut debitoris solutio etiam illi, qui pro eo intervenit e. g. fidejussori *PR. J. b.* & ex contrario fidejussoris solutio Debitori principali ad liberationem prosit. *d. PR.* Creditor enim suum consecutus est. *l. 57. ff. d. R. J.*

IV. *Acceptilatio* est actus legitimus *l. 77. ff. d. R. J.* quo creditor interroganti Debitori verbis congrue respondet se obligationem remittere *§. I. J. h.* (*c*) *l. 1. ff. de acceptil.* Eaque vel fit per Stipulationem Simplicem vel Aquilianam. Per *stipulationem simplicem* verbis constituta obligatio remittitur. §. *I. J. h.* *Nihil* autem *interest* utrum acceptilatio fiat (1.) Verbis Latinis, an Græcis (2.) in toto debito an parte debiti *d.* §. *I.* *Hodie* etiam pacto dissolvitur obligatio ipso jure. Per *stipulationem Aquilianam* quælibet obligatio (e. g. ex mutuo) in verborum obligationem transfusa remittitur §. *II. J. b. l. 18.* §. *1. ff. d. acceptil.* Ea *hodie* quoque necessaria non est, prope tamen ad illam accedit die Gerichtl. Verzichtsleistung. §. 1. I. h. §. 2. I. h.

V. *Novatio* est Actus, quo prior obligatio tollitur & in novam transfunditur. §. *III. J. h. l. 1.* §. 3. I. h. *ff. d. novat.* eaque dividitur in delegationem & novationem in specie sic dictam.

VI. *Delegatio* est, qua debitor alium debito-

rem volentem, & expromittentem, consentiente Creditore, in suum locum surrogat. *d.* §. *III. J. l.* 11. *l.* 17. *ff. l.* 1. *l.* 6. *l.* 7. *C. d. novat.* Jure civili in delegatione non opus est nominatim exprimi animum novandi *a.* §. *III. J. h. j. l.* 27. *C. d. Testam.* Hanc declarationem animi novandi inter mercatores prætermitti patitur. *Dec. El.* 66. non vero generaliter. *d. Dec.* Cæterum *hodie* delegationem voluntate quomodocunque, etiam pacto, declarata fieri nihil prohibet.

VII. *Delegatio ita fieri nequit, ut delegetur servus.* §. *III. J. b. l.* 32 *ff. d. R. J. Papillus tamen* recte delegatur, scilicet ad effectum obligationis prioris tollendæ, non autem novæ in ejus persona constituendæ. *d.* §. *III.*

VIII. *Novatio in specie* est, qua, manente eodem debitore & creditore, alia obligatio, animo novandi expresso, constituitur. §. *III. J. h. l. f. C. d. novat.* Hic animus novandi *Jure Saxon. El.* etiam præcise venit exprimendus *Dec. El.* 66. quod si autem sub conditione novatio fiat, eadem, existente demum conditione, effectum sortitur. *d.* §. *III.*

IX. *Mutuus dissensus* est, quo obligatio consensualis, intercedente contraria debitoris & creditoris voluntate, re integra vel in pristinum
§. 4. I. h. statum reducta, tollitur. §. *IV. J. b.* sufficit tamen unius etiam dissensus ad dissolutionem societatis. *l.* 14. *ff. pro soc.* §. 4. *J. eod.* (*d*) item mandati, hoc enim non tantum mandantis revo-

vocatione; sed etiam mandatarii renunciatione tollitur, juxta §. *9. tt. J. mand.*

(*a*) *Aliud pro alio invito creditori solvi non potest. l. 2. §. 1. ff. d. R. cred.*

(*b*) *Naturalis simul & Civilis ratio suadet alienam conditionem meliorem quidem ignorantis & inviti nos facere posse, deteriorem non posse. l. 39. ff. d. neg. gest.*

(*c*) *Acceptilatio est imaginaria solutio* §. *1. J. h.*

(*d*) *Obligationes, quæ consensu contrahuntur, contraria voluntate dissolvuntur.* §. *4. J. h.*

LIB. IV.

INSTITUTIONUM.

TIT. I.

De Obligationibus quæ ex Delicto nascuntur.

I.

DElictum est factum illicitum, Dolo vel culpa admissum, adeoq; animadversione dignum. *PR. J. h. l. 1.* § *3. l. 14. ff. ad L. Corn. d. sic. l. 4. ff. d. O. & A.* Hoc dividitur (1.) in verum & quasi delictum. *Verum delictum* dolo malo committitur, ut furtum rapina, damnum injuria datum & injuria. *PR. J. h. Quasi delictum* est, quod culpa ut plurimum imputata, committitur. *PR. J. b. j. pr.* §. *1. J. d. oblig. quæ quas. ex delicto.* (2.) in publicum & privatum, *publicum* Pr. I. h.

eſt, quod ſolenni lege publica notatum Rempublicam principaliter lædit, & regulariter cuivis ex populo accuſandi jus tribuit, ut reipublicæ ſatisfiat. *l. 1. ff. d. publ. jud.* §. 1. *J. eod. l. 30. C. ad L. Jul. d. adult. it. Res. Gr. El. Sax. d. A. 1609. gr. 5.* *privatum*, quod lege publica non eſt notatum, privatos principaliter lædit, eorumque vindicationi relinquitur *PR. J. h.* Eſtque vel *extraordinarium* vel *ordinarium*, *Extraordinarium*, quod læſo ordinariam civilem actionem ad certum quid actori applicandum competentem non tribuit *l. 11. ff. de Extraord. crim. l. 3. §. 1. ff. ſtellion.* *Ordinarium* quod læſo ordinariam civilem actionem tribuit, ad certum quid actori applicandum, competentem; ut furtum rapina, damnum, injuria. *PR. J. h.*

II. *Furtum* eſt delictum privatum, quo res aliena mobilis dolo malo lucrandi animo Domino invito contrectatur *a.* §. *I. J. h. j.* §. 7. *eod.* Quamvis *hodie* illud per inquiſitionem plerumque vindicari ſoleat. *O. C. a.* 157. non tamen propterea penitus deſiit eſſe delictum privatum.

§. 1. I. h.

III. Furtum dictum eſt vel a furvo, vel a ferendo, vel a verbo græco φώρ §. *II. J. h.* a fraude denominatio minus probabilis eſt.

§. 2. I. h.

IV. Furtum dividitur (1.) in *manifeſtum* & *nec manifeſtum*. *Manifeſtum* ein öffentlicher Diebſtahl eſt, in quo fur cum re furtiva deprehenditur, antequam ad iſtum locum perveniret,

re, in quo destinaverat eo die manere cum furto. §. *III. J. h. l. 4. l. 5. ff. d. furt.* Nihil interest sive deprehensus sit (1.) in loco, in quo furtum factum, sive extra eum, in publico vel privato, *d. §.* (2.) a Domino sive ab alio. *d. §.* (3.) accursu s. clamore, sive alio conatu: nuda enim visio non sufficit. *l. 7. §. 2. ff. furt. j. §. III. J. h. O. C. a. 158.* *nec manifestum*, ein heimlicher Diebstahl et ubi fur cum re furtiva dicta ratione non deprehenditur, antequam ad istum locum perveniret. §. *III. J. b. O. C. a. 157.* Hujus distinctionis usus *bodie* non est sublatus *dd. art. O. C.* §. 3. I. h.

V. *Furtum* dividitur (2.) in *conceptum*, quando apud aliquem res furtiva testibus præsentibus quæsita & inventa est, adversus quem data furti concepti actio. §. *IV. J. h.* *Oblatum*, quando alicui oblata est res furtiva, ut apud ipsum potius deprehenderetur quâm apud offerentem, §. 4. I. h. *Prohibitum*, cum is, qui rem furtivam quærere voluit, id facere prohibitus est, & *Non exhibitum*, quando apud aliquem res furtiva quæsita & inventa est, atque is eandem non exhibuit. §. *IV. J. b.* Actiones horum furtorum intuitu concessas in desuetudinem abiisse, omnesque, qui scientes rem furtivam susceperint, & celaverint, furti nec manifesti obnoxios esse, *Justinianus d. §. IV.* testatur. *Hodie* in ædibus alienis rerum Furtivarum *inquisitio* die Haußsuchung, urgentibus indiciis *autoritate magistratus suscipitur.* Weichb. *art. 90.* isq; apud quem res furti-

va deprehenditur, in suspicionem furti, prop- tione circumstantiarum, incidit. *l. 2. l. 5. C. d. furt. O. C. a. 43.* Occultator autem rerum furtivarum actione furti quidem civiliter conveniri potest. *h. §. IV. l. 14. C. d. furt.* non tamen *hodie* criminali pœna ordinaria furti, sed arbitraria afficitur.

VI. *Furtum* dividitur (3.) in *extraneum*, quod a personis neque domesticis neque conjunctis
§. 12. I. h. committitur. *a. §. 12. J. h.* & *domesticum*, quod a personis domesticis conjunctisque committitur. *a. §. XII. J. h. l. un. C. d. emend. prop.* idque fit vel a *personis domesticis in specie*, vel *conjunctis*; *a domesticis in specie*, i. e. ab inquilinis, servis, ancillis, famulis, aliisque mercenariis. *l. §. 1. ff. d. pæn.* Hoc, si vile fuerit, mitiori pœna, quam ordinaria, Jure civili coërcetur. *§. XI. J. h. l. 17. l. 89. ff. d. furt. l. f. ff. eod. Jure Saxon. Elect.* in eo ordinariæ animadversioni locus est, *P. 4. El. 38. Furtum à conjunctis fieri dicitur*, quando se eodem liberi, parentes, conjuges, & proxima cognatione (*Jur. Sax. El. usq. ad 4.* gradum computationis civilis, *Const. I. N. 6.*) juncti contaminant. *a. §. XII. J. b. l. 2. l. ff. d. act. rer. amot. l. f. §. f. C. d. furt.* Atque illud jure civili. *dd. text.* imperii. *a. O. C. a. 165* & *Saxon. El.* ad mitiorem pœnam invitat. *d. const. 6.* puniri igitur filium carcere, seductorem extraneum relegatione posse. *resp. F. J. L. M. Jul. 1705.*

VII.

VII. *Furtum* dividitur (4.) in *parvum* atque [illegible] est *5. aureis*, s. solidis *minus*, & *magnum* quod *5. aureos* s. solidos eorumque æstimationem *continet. fac. II. f. 27. § 8. O. C. a. 160. 161.* apud *Saxones* vero *excedit. P. 4. C.. El. 32. §.* Wann aber.

VIII. *Furtum* dividitur (5.) in *simplex*, quod sine effractione violenta atque seditiosa fit, & *qualificatum* s. improbum, ein geflissener und gefährlicher Diebstahl, quod cum effractione violenta atque seditiosa committitur, adhibitis scilicet armis, insignique violentia, ex qua seditio atque latrocinium juste metui poterat. *O. C. a. 159. P. 4. C. El. 32. §.* wären dann auch.

IX. Furtum vindicatur ratione pœnæ vel civiter, vel criminaliter. *Auth. sed novo jure C. d. serv. fug. j. §. V. J. h. O. C. a. 157. seq. it. P. 4. C. El. 32. Criminalis persecutio* læso ad pœnam extraordinariam reo in salutem reipublicæ infligendam competit. *l. f. ff. d. furt.* Jure civili prohibitum est ad membri amputationem perveniri. *Auth. sed novo jure C. d. serv. fug.* Hæc persecutio extraordinaria non recessit ab usu, sed frequentissime observatur processus inquisitoris. *Civilis* est *actio furti*, eaque personalis (prætoria ex furto manifesto. *pr. I. d. perp. & temp. act.* civilis ex furto nec manifesto *arg. §. 4. J. de noxal. act.*) mere pœnalis. *§. 18. J. d. Act.* perpetua, *d. pr.* famosa, *l. 1. ff. d. his qui not. infam.* competens omnibus quorum interest. *l. 14.*

§. 2. *ff. d. furt.* immediate *l. 14. ff. eod.* ex justa causa. *l. 12. §. 1. ff. eod.* (*a*) eorumque hæredibus. *l. 2. §. f. ff. d. Vi bon. rapt.* adversus furem ad pœnam pecuniariam (quadrupli in furto manifesto, dupli in furto nec manifesto §. *V. J. h.*) actori applicandam. §. *18. J. d. Act.* Hæc actio hodie non est abrogata, sed infrequens.

§. 5. I. h.

X. Pœna est jure imperii in furto qualificato, f. periculoso cum effractione violenta & seditione commisso, Capitalis similisve *O. C. a. 15*. Apud *Saxones* in masculo & fœmina suspendium obtinet. *a.* LR. *l. 2. a. 13. P. 4. Cl. 32.* §. S wåren.

XI. In furto simplici primo parvoque *Jure Imperii*, quoties est *nec manifestum*, fur duplum pœnam læso solvit, præter rei aut æstimationis restitutionem, si potest, secundum *O. C. a. 15*. At *fur manifestus vilior* re furtiva ejusque æstimatione Domino, si id facere potest, restituta Numellis publice exponitur virgis cæditur prostitaque urpheda relegatur. *O. C. a. 158. Honestior*, in quo spes emendationis superest, Civiliter plectitur, & læso pœnam quadrupli præstare tenetur, si solvendo est *d. art. j. art. 157.* Jure *Saxonico El.* cum $2\frac{1}{2}$. aur. Ungar. minus deprehenditur furtum, relegatione, carcere mulctatur, sed quando est $2\frac{1}{2}$ aureis majus fustigatione & relegatione vindicatur. *P. 4. C. El. 32. §.* ferner, etiam in furto secundo.

XII. *Furtum magnum* Jure imperii non egu-

gulariter, sed accedentibus circumstantiis aggravantibus demum, punitur ultimo supplicio. *O. C. a. 160.* quamvis sit secundum; Sed Jure *Saxon. El.* regulariter ultimo supplicio, &, ex circumstantiis delictum minuentibus, saltem ad mitiorem pœnam pervenitur *P. 4. C. El. 32.* §. Wann einer §. und soll.

XIII. *Furtum reiteratum secundum idque parvum* eo modo *coërcetur jure imperii* quod fur, præstita urpheda publice Numellis expositus, relegatur, aut territorii, in quo deliquit, fines egredi prohibetur, quæ pœna *confinatio*, die Verstrickung, dicitur. *O. C. a. 161.* Jus *Saxon. Elect.* ob furtum hoc semel iteratum pœnam non auget *P. 4. C. El. 32.* §. Ferner, §. Wann dann. At *in furto tertio Jure Imperii* pœna suspendii in masculo, suffocationis in fœmina, aliudve supplicii genus secundum mores regionis receptum obtinet. *O. C. a. 162. Jur. Sax. El.* laquei pœnæ non est locus, nisi furtum quantitatem 5. aur. Ungar. excedat. *P. 4. C. El. 32.* §. Wann dann.

XIV. Furtum versatur circa rem alienam, sive ipsa auferatur, sive illius tantum usus aut possessio. *Usus:* utputa cum dolo malo Creditor Pignore, Depositarius deposito utitur, aut commodatarius rem commodatam ad alium usum, quam cui concessa est, transfert. §. *VI. J. h.* § 6. I. h. *l. 76. ff. d. furt. Hodie apud Saxones* præcipue, quando res ex contractu vel quasi ad aliquem pervenit, eademque furtive postea contrectata

est, furtum illud arbitrariæ, non pœna suspendii, coërceri solet. *fac.* LR. *l. 3. a. 22. l. 3. a. 29.* *O. C. a. 170. Excipitur Jure Saxonico Tabellarius* (Bothe) qui Pecuniam accepit eamque furatus est. *v. l. 7. C. d. furt.* vel fraudulenter in usus suos summam ad 20. fl. usitatos adscendentem convertit. *P. 4. C. El. 41. §. f. Possessio* aufertur,
§. 10. 14. I. h. quando debitor pignus surripit Creditori. §. *X XIV. inf. J. h.* etiam *hodie*, licet debitor solvendo sit. §. *XIV. J. h.*

XV. Furtum etiam fit liberi hominis, qui cum patriæ potestati subducitur, patri, instar Domini, ex jure Quiritium datur ratione ejus,
§. 9. I. h. quod interest, actio §. *IX. J. h. l. 1. §. 2. ff. d. R. I. l. 14. §. 13. ff. d. furt.* de plagio dicetur, ad §. *10. t. d. publ. Jud.*

XVI. *Furtum requirit contrectationem* (1.) *fraudulentam*, sive cum affectu furandi factam; is igitur, qui dominum consensurum esse credit, ex furto non tenetur. §. *VII. J. h.* (2.) *Invi-*
§. 7. I. h. *to Domino*, itaque quando dominus consensit, idque fur ignoravit, remissa creditur actio furi,
§. 8. I. h. juxta opinionem furis competens. §. *VIII. J. h. l. 46. §. 8. ff. d. furt.* quod secus est, si Dominus consenserit saltem in rerum suarum translationem ad eum, qui servum corrumpere conatus est, animo deprehendendi solicitatorem improbum in ipso delicto, tum enim Corruptor actione furti tenetur, quia Domini consensus saltem fuit simulatus, atque is translationem magis,

quam

quam ablationem rerum, voluit. §. *VIII. J. h. l. 20. C. d. furt.* idemque actione servi corrupti conveniri potest ob improbitatem conatus corrumpendi, licet is caruerit eventu corruptionis. *d. §. de §. 9. vid. N. 15. d. §. 10. vid. N. 14.*

XVII. *A fure fit contrectatio* rem *amovendo l. 52. §. 19. ff. de furt.* vel etiam (1.) *opem tantum dolose adhibendo*, ubi qui operam præstitit actione furti conveniri potest. §. *XI. J. h. l. 53. §. 1. ff.* §. 11. l. h. *d. V. S. Hodie* ii, qui *in ipso furto* opem dolo malo tulerunt, e. g. in excubiis stando, die Wache gehalten, ordinaria pœnâ furum afficiuntur, veluti apud Saxones laqueo si ultra 5. Ducatos participaverint. *P. 4. C. El. 39.* Hi vero, qui *ante vel post furtum* consummatum opem dolo tulerunt, arbitrarie coërcentur. *a. l. 54. §. 4. ff. de furt. O. C. a. 177.* quod si per lasciviam quis fugaverit pecus idque eâ occasione surreptum est, fugator actione in factum prætoria ad indemnitatem præstandam conveniri potest. §. *XI. J. h. l. 50. §. f. ff. d. furt. j. §. f. J. ad L. Aquil.* (2.) *Consilium tantum præstando*, quod cum fuit instructorium, furtumque est secutum, is, qui consuluit, Actione furti potest conveniri. *a. l. 50. §. 3. l. 52. pr. §. 3. 19. ff. d. furt.* & *hodie* arbitrarie plecti, etiam Jure *Saxon. Elect. a. P. 4. C. El. 40.* At Consilium nudum, aut instructorium furto non secuto, haud facit, ut quis furti teneatur. §. *XII. J. h.* Impunitum tamen moribus haud relinqui solet. (3) *Opem & consilium suppeditando.* §. *XI. I. h.*

quo

quo casu ad furtum hoc modo concurrens actione furti tenetur. *d.* §. *XI.* Licet promoveat furtum filii, quod patri, aut servi, quod Domino fit, & cum filio aut servo non nascatur furti actio: res ablata enim nihilominus in furtivam causam cadit, & Extraneus, qui opem & consi-
§. 12. I. h. lium adhibuit, ex furto adstringitur. § *XII. J. h. j. dicta sub N. 6. supra.*

XVIII. Furti actio datur illi, cujus interest, rem salvam esse, itaque nec Domino aliter competit, quam si ejus interest, rem non perire.
§. 13. I. h. §. *XIII. J. h. j.* §. *XV. J. eod.*

XIX. *Interest* vero non Domino vel ex jure in re, vel ex jure ad rem. *Ex jure in re* (1.) *creditoris*, cui pignus surreptum est, etiamsi enim idoneum debitorem habeat, commodum tamen
§. 14. I. h. possessionis amisit. §. *XIV. J. h. L. 25. ff. d. R. J.* (*b*) *l. 15. ff. d. furt. l. 22. ff. d. pign. act.* (2.) *B. fidei Possessoris* ex causa onerosa, ut emtoris, cui res
§. 15. I. h. tradita est. §. *XV. J. h. j.* §. *3. J. d. emt. vend.* in donatario secus est. *l. 71.* §. *1. ff. d. furt.*

XX. *Non Domini interest ex jure ad rem*, quatenus illius periculo res est. *l. 12. ff. d. furt.* ut 1.) *conductoris.* e. g. Sartoris qui vestimenta sarcienda conduxit, item fullonis §. *XV. J. h.* & eadem, custodia non satis diligenti adhibita, amisit, adeoque Domino eorum æstimationem solvere tenetur & potest. §. *XV. J. h. j. l. 114. ff. d. V. S.* 2.) *Commodatarii*, qui rei commodatæ exactissimam præstare debet custodiam, & si eadem

præ-

prætermissa commodatum furto subtractum sit, a commodante, ex commodato conveniri potest, sive igitur commodanti satisfecerit, sive eidem ad satisfaciendum devinctus sit, habet furti actionem. *Quodsi commodatarius satisfacere tenetur commodanti Domino* tribuitur electio, quamvis commodatarius solvendo sit, utrum adversus commodarium commodati, an vero contra furem furti actione experiri malit, cui, facta semel electione, variare non permittitur ob ignorantiam commodantis tamen huic, quamdiu ipsi a commodatario non est satisfactum, variare licet. §. *XVI. J. b. l. f. §. 1. 2. C. d. furt.* 3.) *Depositarii* non regulariter §. *XVII. J. b. l. 14. §. 3. ff. d. furt.* Sed si ejus intercessit culpa, & in re deposita culpam quoque repromisit, vel pretium depositionis, non quasi mercedem, accepit. *l. 2. §. 23. 24. ff. d. vi. bon. rapt.* §. 16. I. h. §. 17. I. h.

XXI. *Actio furti competit adversus furem doli capacem:* ut pubertati proximum (j. dicta §. *9. J. d. inutil. stip.*) qui intelligit se delinquere §. *XVIII. J. b.* Pœna enim laquei capitalis ob furtum irrogari potest *hodie* pubertati proximis, s. masculis s. fœminis. *O. C. a. 164.* Plerumq; tamen mitiori pœnæ locus relinquitur. *a. d. art.* §. 18. I. h.

XXII. *Actio furti concurrit electivè* cum extraordinaria furti persecutione. *a. l. f. ff. d. furt. l. 56. §. 1. ff. eod. j. l. 14. ff. d. accusat. cumulativè* verò *cum* (1.) *rei vindicatione*, qua Dominus rem furtivam a quovis possessore repetit.

§. *XIX.*

§. 19. I. h. §. *XIX. J. h. j. l. 9. l. 23. ff. d. R. V. §. a. J. d. Act.* etiam *hodie. O. C. a. 207.* ita ut magistratus eandem fisco applicare, aut ex illa impensas processus deducere prohibeatur. *a. d. art. it. art. 209.* (2.) *Condictione furtiva.* quæ est Actio personalis, rei persecutoria. §. *XIX. J. h.* non famoso. *L. 36. ff. d. O. & A.* (*c*) qua Dominns, *l. 1. ff. d. cond. furt.* vel is cujus interest, rem non esse surreptam, ejusque hæres. *l. 11. ff. eod. l. f. §. 3. C. d. furt.* eandem a fure ejusque hærede repetit. *l. 7. §. 2. ff. d. condict. furtiv. d.* §. 19. *Hodie* hæc suum tum quoque præstat usum, quando fur laqueo punitus est. *a. l. 7. §. 1. ff. d. cond. furt. l. un. C. quand. Act. Civil. Crim.* De *Jure Sax. Elect.* conf. *Dec. El. 86.*

(*a*) *Nemo de improbitate sua consequitur actionem. l. 12. §. 1. ff. d. furt.*

(*b*) *Plus cautionis in re est, quam in persona. l. 25. ff. d. R. J. f. expedit pignori potius incumbere, quam in personam agere. §. XXV. J. h.*

(*c*) *Condictiones non infamant, quamvis ex causis famosis pendeant. l. 36. ff. d. O. & A.*

TIT. II.

De Vi Bonorum raptorum.

I.

Pr. §. 1. I. h. RApina est delictum privatum, quo palam dolose & per Violentiam res aliena mobilis lucri causa contrectatur. *PR. §. I. J. h.* Hæc dividitur in nec manifestam & manifestam.

Nec

Nec manifesta est, in qua raptor non deprehenditur *l. 1. ff. h.* cujus intuitu etiam furti nec manifesti actio datur in duplum *d. l. j. l. 88. ff. d. furt. PR. J. h. Manifesta est*, in qua raptor deprehenditur, Ex ea conceditur quoque furti manifesti Actio. *a. PR. J. h. l. 80. §. 3. l. 52. §. f. ff. d. furt.* qua mitior est vi Bonorum raptorum Actio, cum illa sit mere pœnalis, hæc mixta. *PR. J. h.*

II. Rapina *producit Actionem Vi Bonorum raptorum*, quæ est prætoria, personalis, pœnalis, mixta *d. PR.* famosa. *l. 1. ff. d. his qui not. infam.* competens iis, quorum interest, rem mobilem, licet minimam. *PR. J. h.* vi ablatam non esse §. *II. J. h.* eorumque hæredibus, adversus raptorem non illius hæredes *l. 2. §. f. ff. h.* intra annum in quadruplum, post annum in simplum. *PR. J. h.* Quadruplatur autem, agente Domino, ipsa rei æstimatio, non Domino id quod interest. *l. 2. §. 22. ff. h. §. II. J. h. l. 21. §. 2. ff. quod met. caus.* Hæc actio *hodie* non est abrogata, sed infrequens. Ita *visum F. J. M. Jun. 704. a. l. 41. ff. d. O. & A. Conf.* ℞. *l. 3. a. 43. 47. O. P. S. t. 31.* §. 2. I. h.

III. Actio Vi Bonorum Raptorum pro affini agnoscit *condictionem ex Lege 7. C. und. vi*, §. *I. J. h.* eaque est, qua is, cui per rapinam rei mobilis, vel per invasionem rei immobilis, possessio ablata est, agit adversus raptorem & invasorem, ut rei possessionem restituat, &, si fuerit propria ejusdem, jure suo excidisse, si aliena ad illius æstimationem præstandam obligatus esse, §. 1. I. h.

decla-

declaretur. *d. l. 7. d. §. I. j. L. 13. ff. quod met. caus.* (*a*) Atque hæc condictio Jure Imperii approbata est in *Ord. Cam. Wormat. d. A. 1521. t. 32. §. 2. R. J. d. A. 1532. §. 15.* In *Saxonia* vero receptum est, quod invasor hujusmodi dominio rei suæ non excidit, sed rem alienam, quam abstulit, restituere, partique 30. solidorum emendam & Judici pœnam arbitrariam solvere compellitur. *a.* LR. *l. 3. a. 43. 47. j. l. 37. d. legib. ceu resp. F. J. L. M. Jan. A. 707.*

IV. Ad Rapinam prope accedit (1.) *Robbaria s. Grassatio*, ein Raub, atque hæc est deprædatio hostilis ac violenta *l. 3. §. 2. 3. ff. d. vi. & vi. arm.* qua cum violatione securitatis publicæ homines spoliantur, ipsisque bona auferuntur. *a. l. 28. §. 10. ff. d. Pœn. O. C. a. 126.* Ea *punitur ultimo supplicio dd. ll.* quod gladio infertur *d. art. 126.* LR. *l. 2. a. 13. P. 4. C. El. 35. §. fin.* nisi consvetudo loci aliud supplicii genus receperit. *d. art.* In *Saxonia Electorali* præterea rei cadaver facta executione rotæ imponitur *d. C.* (2.) *Latrocinium*, Eine Mordthat, Beraubungs halber, quod est homicidium spolii sive lucri causa commissum. Hoc *punitur Jure Civili* capitaliter, &, accedentibus circumstantiis aggravantibus, latrones furcæ affiguntur. *l. 28. §. 10. 15. ff. d. pœn. Jure Imperii* latrones rota contunduntur. *O. C. a. 130. 137.* Itemque *apud Saxones* attenditur. LR. *l. 2. a. 13. §.* alle. *P. 4. C. El. 5. 35. §. f.*

(*a*) *Vis*

(*a*) *Vis est, quoties quis id, quod deberi sibi putat, privatim extorquet, atq; non per judicem poscit. a. l. 13. ff. quod met. caus.*

Tit. III.

De Lege Aquilia.

I.

Lex *Aquilia* est plebiscitum *l. 1. §. 1. ff. b.* quo vindicatur damnum per rei corruptionem, dolo vel culpa, datum. *l. 5. §. 1. ff. b.* alterius patrimonium diminuens *l. 3. ff. d. damn. infect.*

II. Lex Aquilia, continet caput primum secundum & tertium. *Caput primum*, cum injuria est occisa serva aliena servusque alienus aut quadrupes, quæ pecudum numero est (i.e. proprie gregatim pasci dicitur *§. I. J. b.*) tanti occidentem domino damnari jubet, quanti res in §. 1 I. h.
eo anno plurimi fuit. *PR. J. b.* *Hodie* in Germania damno dato, ex primo & tertio capite, Pr. I. h.
Actio hæc esse solet rei persecutoria, & simplicem rei æstimationem, quæ fuit eo die, quo damnum datum est, ac interesse complectitur. In *Saxonia* autem obligatur specialiter, qui dolo vel lata inprimis culpa damnum dedit. LR. *l. 3. a. 48.* ad præstationem (1.) *emenda*, der Buße, quæ, homine læso, debetur ratione doloris, injuriæ, & corporis lacerati, arbitrioque judicis definitur. *fac.* LR. *l. 2. a. 16. O. C. a. 20. l. 8. §. fin. ff. rem. rat. hab. P. 4. C. El. 42.* At *animali occiso*, & quidem *voluptuario*, vel animal æque bonum

num, vel Wergeldum ejus, præstandum est. L.R. *l.3. a.47.* verum pro *non voluptuario* animali occiso Wergeldum simpliciter. *d.l.3. art.51.* cum creverint animalium pretia, arbitrio judicis *hodie* determinandum, solvi debet. *Hinc F. J.L.M. Jul. a.700.* non esse taxationi des L.R. insistendum respondit. (2.) *Pœnæ*, quæ Judici, ob interesse publicum, præstatur, & ab eo determinatur. *P.4. C. El. 42.* §. darüber. *j.L.9. §.5. ff. d. publ. & Vectigal.* (*a*)

III. *Lex Aquilia requirit damnum non jure datum. Excluditur itaque homicidium* (1.) *Necessarium* i. e. cum moderamine inculpatæ tutelæ commissum. *a. L.3. ff. d. J. & J.* (*b*) *O.C.a.139.*
§.2. I.h. v. g. Latronis. *§. II. J. h. Desiderat* vero istud *moderamen* in occidente (α) *justam causam*, nempe injustam invasionem, quando quis telo lethali insultatur. *O. C. a. 140.* non vero provocare potest ad necessariam defensionem, qui vitæ periculum potuit debuitque effugere. *§. II. J. h. O. C. a. 140.* quamvis sit miles aut Nobilis, non eum quoque, salva existimatione, fugere posse puto. *a. d. §.* (β) *justum modum*, qui respondeat offensioni, nam defensio offensioni, ut ajunt, proportionata esse debet. Hæc autem proportio non ex simplici æqualitate armorum, sed ex circumstantiis metienda est. *a. l.45. §.4. ff. ad L. Aquiliam.* (γ) *Justum tempus*, siquidem in continenti vis vi repellenda est. *l.1. §.27. L. 3. §. 9. ff. d. vi & vi arm.* (*d*) *O. C. a.140.*

(2.)

(2.) *Mere casuale:* hoc enim neque dolo neque culpa, etiam levissima. *l. 44 ff. h.* committitur. §. *III. J. h.* unde apud *Saxones* quoque Wergeldum jure haud exigitur. Dicitur autem *Wergeldum* das Sühngeld, mulcta 20. thalerorum, masculo occiso, 10. thalerorum, fœmina occisa, quam reus, qui ob homicidium non dolosum, culposum tamen, pœnæ corporis afflictivæ haud subjicitur, proximis occ si agnatis & cognatis utriusque sexus, necem defuncti vindicantibus, solvere tenetur. LR. *l. 3. a. 45. P. 4. C. El. n.* §. 3. I. h.

IV. In Lege Aquilia *sufficit damnum datum,* sive *dolo,* sive *culpa quavis,* utputa (1.) *jaculantis,* & transeuntem servum trajicientis, vel data opera. *l. 9. §. f ff. h.* vel culpa, cum damnum dans in eo loco se jaculis exercendi jus non haberet §. *IV. J. h.* (2.) *putatoris,* qui omissa proclamatione prope viam publicam, aut vicinalem, cædendo, ramumque dejiciendo, servum occidit; quodsi in medio fundo cædens non proclamaverit, & ita dejiciendo nocuerit, culpa caret. §. *V.* *J. h.* (3.) *Medici,* qui dereliquit servi, quem secuit, curationem. §. *VI. J. h.* *Hodie* quoties medicus similisve persona per negligentiam causam dat morti, aut invaletudini, arbitrarie coërcetur. *P. 4. C. El. 5. §. fin.* (4.) *imperiti hominis,* peritiam profitentis, e.g. medici in medendo. §. *VII. J. h. j. L. 8. §. 7. ff. d. offic. præs.* (e) *O. C. a. 134.* Item infirmi hominis, cujus infirmitas cul- §. 4. I. h. §. 5. I. h. §. 6. I. h. §. 7. I. h.

pæ in suscepto negotio accensetur. v. g. mulio-
§. 8. I. h. nis equitis, in mulis equisque retinendis. §. *VIII. J. h. j. L. 8. §. 1. ff. ad L. aquil.*

V. *Actio Legis Aquiliæ ex Capite Primo* tendit ad corporis peremti æstimationem (1.) *quanti plurimi* in eo anno fuerit, veluti si claudus sit ser-
§. 9. I. h. vus, & eodem anno integer extiterit. §. *IX. J. h.* adeoque hæc Actio tum sit mixta pœnalis, & adversus hæredem non competit, quia pœnalis est, item ex delicto. §. *IX. J. h. l. 22. C. d. pœn.* §. *1. J. d. perp. & temp. Act.* Etiam *bodie* regulariter, nisi quatenus ex damno locupletior factus est. *l. 23. §. 8. ff. h. ceu. pron. F. J. L. M. Maj. A. 705.* (2.) *& damni pecuniarii* isto peremto reverâ illati *præstationem*: ut si ex quadrigio unus equus occi-
§. 10. I. h. sus sit. §. *X. J. h. j. L. 33. ff. h. l. 63. ff. ad L. Falcid.* (*g*)

VI. *Actio legis Aquiliæ concurrit*, cum servus
§. 11. I. h. dolo malo occisus est. §. *XI. J. h. l. 23. §. 9. ff. eod.* cum accusatione ex lege Cornelia de sicariis, unde pœna ultimi supplicii occidenti potest infligi. *l. 1. §. 2. ff. ad leg. Corn. d. sic.* §. *5. J. d. publ. jud. j. l. 9. §. 5. ff. d. publican.* *Hodie* libero homine dolose occiso, & homicida pœna gladii affecto, ex ejusdem bonis neque expensæ litis, neque alimenta Viduæ. *J. Sax. El.* debentur *P. 4. C. El. 12.* regulariter vero usus Germaniæ per pœnam criminalem civilem Persecutionem haud extinguit. *Ord. Cam. P. 2. t. 9. §. 5.*

VII. Legis Aquiliæ *Caput secundum desiit esse*

esse injussu §. *XII. J. b.* & probabiliter egit de ser- §. 12. I. h.
vo corrupto. *a. l. 5. §. 2. ff. d. Serv. cor.* atque obsolevit posteaquam prætor servi corrupti nomine Actionem in duplum dedit. *l. 1. ff. d. serv. corrupt.*

VIII. Legis Aquiliæ *Caput Tertium de omni Reliquo damno cavet*, sive detur (1.) vulneratione, aut læsione servi illiusve quadrupedis, quæ pecudum numero est. §. *XIII. J. b.* (2.) Occisio- §. 13. I. h.
ne aut læsione animalis, ratione carentis, quod pecudum numero non est v. g. canis, feræ. *d.* §. (3.) Quacunque deterioratione Corporis *d.* §. e. g. instrumento deletionibus corrupto. *l. 27. §. fin. ff. d. furt.*

IX. *Caput tertium* Legis Aquiliæ requirit dolum aut quamvis culpam damnum dantis. §. *XIV.* §. 14. I. h.
J. b. l. 44. ff. eod. æstimatque damnum tanti, *quanti* res *plurimi* fuerit *triginta diebus proximis.* §. *XIV. XV. J. b.* Quod si, ob vulneratio- §. 15. I. h.
nem factam, utilis hæc Actio moveatur, vulneratus *hodie* cum eadem cumulare non prohibetur petitionem pecuniæ doloris, des Schmertz Geldes *O. C. a. 20.* LR. *l. 2. a. 16. l. 3. a. 48.*

X. Lex Aquilia producit *Actionem Legis Aquiliæ* vel directam vel utilem, *Directa* est, quæ ex verbis Legis Aquiliæ Domino contra eum, qui corpore (s. immediate) in corpus alienum damnum dedit conceditur. §. *XVI. J. b. l. 2. l. 27.* §. 16. I. h.
§. 5. ff. b. Hæc non est abrogata in foro Germanico, infrequens tamen omnino; *Moribus* pe-

titum rei persecutionem plerumque saltem complectitur, nisi cum Actione alia cumuletur e. g. ad emendam multamque tendente. *Actio utilis* est, quæ ex mente Legis Aquiliæ datur, utputa adversus eum (1.) qui in corpus quidem, non corpore tamen (f. mediate) damnum dedit e. g. vehementer ita jumentum agendo ut rumperetur. §. *XVI. J. h.* (2.) Qui liberum hominem vulneravit, quo casu vulnerato datur hæc actio ratione expensarum, damni vulnerationis, operarum &c. *a. l. 5. §. fin. L. 13. ff. b.* (*b*) nec non occiso eodem illi, qui propterea detrimentum sentit, e. g. Centurioni ex militis jactura.

XI. Ad Actionem Legis Aquiliæ proxime accedit *Actio in factum subsidiaria*, eaque est prætoria, & propter damnum, nec corpore nec in corpus, quomodocunque tamen, datum, læso & hæredibus, adversus lædentem ad præstandam indemnitatem conceditur. §. *XVI. J. h.* v. g. cum quis, commiseratione intempestiva motus, compedi tunc solvit, ut fugeret *d.* §. item, quando mercator, de morbo Gallico diffamatus, ad versus diffamatorem ob emtores deterritos ad interesse experiri vult, ceu visum *F. J. L. M. Mart. 701. Hodie* directæ, utilis, & actionis in factum diversitatem, ad cognoscendum fundamentum actionis & petiti, attendi expedit.

(*a*) *Pœna, quæ infligitur ob interesse privatum,*

non

non tollit interesse publicum a. l. 9. §. 5. ff. d. public. & vectig.

(b) *Jure hoc evenit, ut, quod quisque ad tutelam corporis sui fecerit, id jure fecisse existimetur. l. 3. ff. d. J. & J.*

(c) *Qui non repellit a socio injuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit. c. 7. XXIII. q. 3.*

(d) *Vim vi, arma armis confestim repellere licet. l. 1. §. 27. l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.*

(e) *Sicuti medico imputari eventus mortalitatis non debet, ita, quod per imperitiam commisit, imputari ei debet. l. 6. §. 7. ff. d. off. praes.*

(f) *Affectare quisque non debet, in quo vel intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem suam alii periculosam futuram. l. 8. §. 1. ff. ad Leg. Aquil.*

(g) *Pretia rerum non ex affectione, neque utilitate singulorum, sed ex communi valore aestimanda sunt. a. l. 33. ff. ad L. Aquil. l. 63. ff. ad L. Falc.*

(h) *Dominus membrorum suorum nemo videtur. l. 13. ff. ad L. Aquil.*

TIT. IV.
De Injuriis.

I.

INjuria *accipitur* vel generaliter, & complectitur omne, quod non jure fit. *PR. J. h. l. 1. ff. h. L. 53. ff. d. furt.* (a) vel specialiter, & significat aut contumeliam *d. pr. l. 5. §. 1. ff. ad L. Aquil.* Pr. I. h.

aut culpam late sic dictam, qua damnum datur per dolum, vel culpam licet levissimam; sic accipitur in L. Aquilia. *PR. J. h. l. 5. §. 1. l. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil. l. 44. ff. eod.* aut ἀδικίαν, i. e. injustitiam judicis, non jure contra aliquem pronunciantis, *Pr. J. h.*

II. *Injuria* est h. l. delictum privatum *l. 7. C. h.* dolo in alterius contumeliam admissum. *l. 1. l. 3. §. 1. ff. h.*

III. *Injuria* dividitur (1.) ratione modi in realem & verbalem, *realis* est, quæ facto alterius contumeliam respiciente infertur; vel in corpus, ut pulsatione, verberatione. *§. 1. J. h. j. l. 9. ff. h.* vel extra corpus: e. g. bonorum quasi debitoris dolosa possessione. *d. §. 1. j. 15. §. 33. ff. h.* item dolosa arresti injusti impetratione aut concessione Injuria *verbalis* est, quæ verbis scriptisve infertur §. *1. J. h.* Eaque vel dicta vel scripta, *Dicta* verbis injuriosis ore prolatis fit. v. g. blanda oratione pudicitiam attentando. *l. 15. §. 20. ff. h.* item gloriando de concubitu illicito cum virgine, uxore, marito, vel juvene *a. d. §.* Quo casu læsis ad palinodiam, & pœnam arbitrariam experiri licet juxta. *P. 4. C. El. 45.* *Injuria scripta* verbis in scripturam contumeliæ gratia redactis perficitur; veluti epistola contumeliosa. *a. §. I. h. l. 5. §. 9. l. 37. ff. h.*

§. 1. I. h.

IV. Injuriæ scriptæ affinis est *famosus libellus*, ein Pasquill, qui est injuria, qua alicui in scriptis certum famosumque crimen. *O. C. a. 110.* occul-

cultato autoris nomine, objicitur & in populum spargitur. *l. un. C. d. fam. lib. O. C. an. 110.* Huic crimini præscribitur jure civili 20. *a. l. 12. C. ad L. Corn. de falſ. Jure Sax. Electorali* actioni injuriarum ex hoc delicto motæ 31. ann. 6. sept. 3. dieb. *P. 4. C. El. 46.* §. Dergleichen.

V. *Pœna famoſi libelli Jure civili* eſt capitalis. *L. un. C. d. fam. lib.* late ſic dicta, ita ut mortem naturalem & civilem complectatur. *a. l. 28. ff. d. pœn.* quæ ſtatuenda in autorem, item doloſum Divulgatorem. *d. l. un. Jure imperii & Saxonico* talionis. *O. C. a. 110. P. 4. C. El. 44.* i. e. eadem, quam meretur delictum imputatum. Inventor autem ejus & propalator arbitrarie coërceri ſolet, nec non autor illius, quando veritatem objecti criminis probat. *O. C. a. 110.*

VI. *Injuria* dividitur reſpectu modi (2.) in immediatam & mediatam, *immediata*, quæ per ipſum injuriantem ipſi injuriato infertur. *§. II.* §. 2. I. h. *J. h. mediata*, quæ mediate contingit vel *ratione* (α) *facientis*, quando quis dolo curavit, ut per alium injuria fieret. §. *XI. J. h.* e. g. mandando, tum enim mandans & mandatarius injuriarum actione tenetur. *l. 11. §. 3. ff. h.* (β) *Patientis*, atque hanc patimur per perſonam ſubjectam noſtræ vel affectioni, vel Poteſtati, *Affectioni* noſtræ *ſubeſt*, uxor. §. *II. J. h.* dummodo injuriam inferens eam uxorem eſſe ſciverit. *l. 18. §. 4. ff. eod.* contra ob injuriam illatam marito, uxori non datur injuriarum actio. *d. §. II.* (*b*) niſi

R 5 forte

forte injuria sit utrique conjugi communis. *l. 11. §. 8. ff. h.* Propter injuriam cognato illatam Cognatis neque injuriarum actione civiliter, neque criminaliter experiri licet. *a. §. II. J. h. l. f. ff. h. l. 46. ff. d. R. J.*

VII. *Potestati* nostræ *patriæ subsunt* liberi, unde, cum filiafamilias uxor injuria affecta est, dari potest injuriarum actio Patri ejus, socero in cujus potestate est maritus præterea uxori, item marito. *§. II. J. h.* (*b*) quo casu alia aliam non consumit. *l. 1. §. f. ff. h.* Verum *Jure Sax.* cum filiafamilias nupta pro persona sui juris habeatur. *a.* LR. *l. 1. a. 31. j. pr. J. d. tutel.* Patri ejus denegabitur hæc actio ceu resp. *F. J. L. Mens. Aug. 709. ad cons. D. j. A. IV.* und *Consorten*, ut & socero quando filius majorennis, institutâ peculiari œconomia, nuptias contraxit. *a. P. 2. C. El. 10.* at filio in potestate constituto Patri tam suo quam filii nomine permittenda est injuriarum actio. *a. l. 17. §. 20. f. ff. h. l. 2. eod. ceu resp. F. J. L. M. April. 1706.*

VIII. *Potestati Dominicæ subest servus* cui illata injuria tangit Dominum, si servus atroci in-
§. 34. I. h. juria affectus sit. *§. III. J. h. l. 15. §. 34. 43. 44. ff. h.* maxime in contumeliam Domini *d. §. III.* ita ut (1.) ex persona & conditione Dominorum servi comm, e. g. cum alius plebejus alius baro est. *§. 9. J. h.*) fieri possit æstimatio injuriæ *§. IV.*
§. 4. I. h. *J. h.* (2.) Domino proprietatis, non usufructu-
§. 5. I. h. ario servi, competat Actio *§. V. J. h.* nisi inju-

ria

ria in contumeliam ejus, cui servitium præstatur, fit; etiam servo alieno facta injuria illi, cui bona fide servit, Actionem injuriarum tribuit §. *VI. J. b.* Ceterum liberis hominibus, qui nobis b. f. serviunt (e. g. conducta eorum opera) injuria affectis, ipsi suo nomine actione injuriarum uti queunt, etiam *hodie*, hi vero, quibus serviunt, toties, quoties in eorum contumeliam injuria ipsis facta est. *a.* §. *VI. J. b. l. 15.* § *44 ff. b.*

IX. *Injuria* dividitur ratione gradus (3.) in levem & atrocem, *Levis* est, quæ infert exiguam contumeliam *a.* §. *3. J. b. l. 17.* §. *3. ff. b.* Ob eam condemnatum non sequi infamiam *fac. l. 40. ff. b. c. 23. X. d. sent.* & *interl. Hodie* generaliter fere receptum esse videtur. *Atrox*, quæ atrocem contumeliam infert §. *IX. J. b.* §. 9. *I. h. l. 7.* §. *7. ff. b.* Hæc, *æstimatur ex* circumstantiis aggravantibus, veluti (1.) *facto* vulnerationis *d.* §. *IX.* (2.) *loco d.* §. e. g. si quis alium percutiat in curia civitatis, Principis, aliove loco privilegiato, am gefreyten Orthe, atque tum pœna arbitraria gravior reo imponi potest, (3.) *Persona* videlicet (α) Magistratus, cui illatæ injuriæ quandoque ultimo supplicio puniri. *P. 4. C. El. 49.* &, intuitu officii factæ ac notoriæ, ex officio vindicari queunt *c. 1. d. pæn. 6.* (β) Parentis *d.* §. *IX.* (4.) *loco vulneris* nonnunquam ut oculo læso vel excluso §. *IX. J. b.* quo intuitu etiam *bodie* augeri injuriæ æstimationem certum est. Cæterum atroces injuriæ non saltem in patrem sed

ſed etiam in filiumfamilias cadunt, §. *IX. J. h. l. 9. §. 2. ff. h.*

X. *Injuria Producit Remedium* vel civile vel criminale. *Civile* vel generale, vel ſpeciale. *Generale ut actionem æſtimatoriam* (in deſvetudinem enim abiit ob membrum ruptum talio propter os fractum pœna nummaria *LL. XII.*
§. 7. I. h. *Tabb.* introducta. *§. VII. J. h.*) quæ *eſt* prætoria perſonalis, mere pœnalis, *a. l. 2. §. 4. ff. d. collat.* annalis *l. 5. C. h.* famoſa *l. 7. ff. h.* competens injuria affecto adverſus eam inferentem ad injuriæ æſtimationem adjudicandam. §. *VII. J. h.* æſtimatur autem injuria ex læſi dignitate, ac vitæ honeſtate, etiam in ſervo *d.* §. Arbitrio judicis tanti, quanti injuriam paſſus eam æſtimaverit, vel minoris *d. §. Uſu hodierno* plerumque minoris. Interim hæc Actio *hodie* apud nos multisque aliis in locis haud infamare videtur *Ord. Pol. El. d. A. 1661. t. 5. C. S. p. 114. j. d. Jure Saxon. El. Mand. d. duell. de dato d. 2. Jul. 1712. §. 22.*

XI. Remedia ſpecialia ſunt. (1.) *Retorſio*, eaque eſt injuriæ verbalis illatæ in continenti facta proportionata in injuriantem rejectio. Hæc in Imperio noſtro moribus recepta & in *Saxon. El. per. Dec. El.* 85. approbata eſt, ſed viciſſim abrogata *d. Mand.* §. *22.* (2.) *Actio Recantatoria*, quæ eſt civilis, rei perſecutoria, perpetua, quæ injuriam verbalem paſſi adverſus injuriantes experiuntur ad injuriæ recantationem faciendam, auf den Wiederruff. *vid. O. C.*

Part.

Part. 2. t.28. §. 4. Hæc in gravioribus injuriis locum habet, in levioribus deprecatio, eine Christliche Abbitte, item Declaratio eine Ehren-Erklährung, hæc famam non onerat, eam igitur, circumstantiis urgentibus in judicio faciendam, deprecationis vice, dictavit *S. C. P. L. Term. Cruc. A. 703.* Recantatio autem moribus introducta. *d. t. O. C. Usu* tamen *Saxoniæ* & imperii quodammodo famam sugillat. *Rescr. El. d. A. 1637.* unde *Reservatio famæ* a judice facta salutaris & frequens est in foro imperii nostroque. (3.) *Actio ex lege Cornelia* atque hæc est Civilis, perpetua *l. 5. ff. h.* pœnalis, competens illi, qui verberatus aut pulsatus, aut cujus domus habitationis. *d. l. 5. §. 2.* (etiam conducta, aut in qua quis gratis hospitiove receptus est §. 8. *J. h.*) vi introita est. *d. §. VIII. j. L. 18. ff. d. in jus voc.* (c) adversus verberantem, pulsantem, vel domum vi introeuntem, ad injuriam arbitrio judicis æstimandam, æstimationemque Actori applicandam. *l. 37. §. 1. ff. h.* Quod si violentæ domus expugnationi accedat deprædatio, pœna Robbariæ, ultimi scilicet supplicii, locum inveniet. §. 8. I. h.

XII. Hactenus de Remediis civilibus actum. *Criminale* autem *remedium est Extraordinaria persecutio*, qua injuriam qvamcunque passus injurianti pœnam extraordinariam officio judicis irrogari petit. §. X. *J. h. l. f. ff. h. j. P. 4. C. El. 42. §.* darüber. *Hodie* ea vel sola institui potest, vel ut §. 10. I. h.

ut plerumque fit, cum actione alia. e. g. ad Palinodiam, cumulari. *d. C.* Imo propter injurias scandalosas, ob gravitatem vel notorietatem, Magistratui etiam ex officio inquirere, inque reum animadvertere permittitur. *a. l. 13. ff. d. off. Præf. Ref. Gr. El. d. 1609. gr. 5.* Quomodo in *Saxon. El.* obtineat der Rügen Procesſ *Vid. Mand. Reg. d. Duell. d. 2. Jun. 1712. §. 22.* Illa extraordinaria persecutio vicennio præscribitur. *a. l. 12. C. ad. L. Corn. d. Falſ.* etiam *hodie* atque in ea jure Civili procurator neq; ex parte Actoris neq; ex parte rei admittitur, exceptis personis illustribus, iisq; qui super eos sunt, quibus licet per procuratorem litem suscipere vel movere §. *X. J. b. l. f. C. b. Hodie* vero ex parte accusatoris semper. *O. C. a. 12.* ex parte rei, quando ad pœnam corporis afflictivam perveniri nequit, de quo judex arbitratur, procurator admitti solet.

XIII. *Injuria interit* (1.) *morte* injuria afficientis & affecti ante litem contestatam. *l. 15. §. 14. l. 13. l. 28. ff. h. (d)* (2.) *remiſſione* actoris vel *expreſſa* e. g. pacto *l. 17. §. 1 ff. d. pact. j. L. 14. §. 9. ff. d. ædil. edict. (e)* vel *Tacita*, quæ fit *ab initio* dissimulatione qua quis injuriam derelinquit, dum eam statim
§. 12. I. h. passus ad animum non revocat. §. *XII. J. h.* Injuria sic remissa ex pœnitentia non potest recoli. *d. §. l. 11. §. 1. ff. d. injur.* Tacita remissio etiam fit *ex poſt facto* (1.) *præſcriptione*, præscribitur autem jure civili Actioni injuriarum æstimatoriæ anno Utili. *l. 5. C. h. j. l. 1. l. 6. ff. d. Calumn.*

Jure

Jure Saxon. El. idem annus Civilis attenditur in injuriis levioribus, quamvis realibus, quoties earum coercitio ad inferiorem jurisdictionem pertinet. *P. 4. C. El. 46.* §. alſo. at in gravioribus injuriis realibus, quæ ſuperiori Jurisdictioni vindicantur, obtinet præſcriptio 31. ann. 6. ſept. & 3. d. *P. 4. C. El. 46.* §. ſo viel. (2.) *Amicitia* ſpontanea *teſtatione*, veluti converſatione familiari; ſecus igitur eſt, quando ex civilitate, aut officii ratione, contingit.

(*a*) *Maleficia voluntas, & propoſitum delinquentis diſtingvit l. 53. ff. d. furt.*

(*b*) *Defendi uxores a viris, non viros ab uxoribus, æquum eſt. §. 2. J. b.*

(*c*) *Domus tutiſſimum cujusque refugium atque receptaculum eſt. L. 18. ff. d. in jus. voc.*

(*d*) *Injuriarum actio in bonis noſtris non computatur, antequam litem conteſtemur L. 28. ff. d. injur.*

(*e*) *Actiones ſuas remittentibus non eſt dandus ad eas regreſſus. L. 14. §. 9. ff. d. ædil. edict.*

TIT. V.

De Obligationibus quæ quaſi ex delicto naſcuntur.

I.

Q*Vaſi delictum* dicitur, quod culpa, ut plurimum imputata, committitur *PR.* §. *1. J. b.* Pr. §. 1. I. h. Tale eſt (1.) *factum judicis per imprudentiam male judicantis*, idque deſcribi poteſt; quod fit,

quaſi

quasi delictum, ex quo judex per imprudentiam male judicando obligatur *PR. J. h.* atque illud *parit Actionem in factum* quæ est personalis, & datur læso per decretum aut sententiam Judicis, ex imprudentia male Judicantis, adversus Judicem ad præstandum Interesse juxta æquum Judicis illius causæ arbitrium. *PR. J. h. l. f. ff. d. extraord. cogn.* Hanc actionem *hodie* non recessisse ab usu *resp. F. J. L. M. Jan. A. 700.*

II. Quasi delictum est (2.) *damnum dejectione vel effusione datum* culpa Inhabitatoris, idque describitur, quod sit quasi delictum, ex quo inhabitator s. in ædificio suo, s. conducto
§. 1. I. h. s. gratis concesso habitet, *§. 1. J. h. l. 1. §. 9. ff. d. his, qui effud.* (a) dato damno per effusionem aut dejectionem in locum, per quem vulgo iter fit, aut in quo consistitur. *§. 1. J. h. j. l. 1. pr. §. 1 ff. d. t.* propterea obligatur, quod non cavit, ne tale quid a Familia vel aliis, quos recepit, fieret. *l. 1. §. 9. l. 6. §. 2. ff. eod.* Hoc producit *actionem de Dejecto vel effuso*, eaque est prætoria, personalis & datur læso adversus inhabitatorem, ex cujus ædibus aliquid dejectum vel effusum est, ad hoc, ut præstetur damnum in re æstimabili datum duplo, in libero homine læso arbitrio Judicis, occiso 50. aureis. *§. 1. J. h.* Judex enim libero homine læso computat impensas curationis & operas, quibus caruit aut cariturus est. *d. §. Hodie* actio præsens est infrequens, plerumque vero ad simplicem damni æstimationem,

&,

&, prò re-nata, ad pœnam arbitrariam agi solet.

III Quasi delictum est (3.) *Culpa periculose positum vel suspensum habentis*, quæ describi potest, quod sit quasi delictum, ex quo obligatur, qui periculose quid positum vel suspensum habet supra eum locum, per quem vulgo iter fit, aut ubi consistitur. §. *I. J. h.* Hoc parit *actionem de Posito vel Suspenso*, eaque est Prætoria, personalis, pœnalis, annalis, & datur cuivis ex populo. *l. 5. §. f. ff. d. his qui effud.* adversus eum, qui supra eum locum, ubi vulgo iter fit, aut in quo consistitur, aliquid positum vel suspensum habet, quod, si ceciderit, alicui nocere possit, ad pœnam 10. aureorum. *§. I. J. h. l. 5. §. 6. ff. d. t.* actori applicandam. *a. l. 12. ff. d. V. S.* Hæc actio *hodie* valde infrequens est futurumque hujusmodi damnum a Magistratu arceri potest interdicto simplici, aut pœnali, exigente contumacia vel periculi magnitudine. Actio illa locum non habet ex facto filiifam. seorsim a Patre habitantis, adversus Patrem. *§. II. J. h.* ne quidem de peculio. *l. 5. §. 5. ff. d. O. & A. j. L. 58. ff. d. R. J.* (*b*) idemque obtinet, quando aut ex cœnaculo ejus aliquid dejectum effusumq; est, aut item suam fecit. *d. §. II.* sed ipse tum filius tenetur in solidum. *l. 5. § 5. ff. d. O. & A. Hodie* quoque Parentes regulariter ex delicto liberorum ad mulctæ solutionem compelli nequeunt. *a. l. 22. C. d. pœn.*

§. I. J. h.

§. 2. J. h.

S IV.

IV. Quasi delictum est (4) *damnum datum, furtumve factum in navi, caupona vel stabulo culpa Exercitoris*, quod est quasi delictum, ex quo Exercitor navis, cauponæ vel stabuli, propter furtum factum damnumve datum ab iis, qui illic habitandi vel operarum præstandarum gratia
§.3. I. h. sunt, Vectoribus & Hospitibus obligatur. §. *III. J.h. l.5. §.f. l.6. §.3. ff. naut. caup. stabul. j. L.27 §.9. ff. ad Leg. Aqvil. L. 11. ff. loc.* (c) Appellatur autem *Exercitor* ad quem omnes reditus navis, cauponæ vel stabuli perveniunt. *l. 1. §. 15. ff. d. exercit. act.* Hoc quasi delictum *producit actionem in factum*, quæ est prætoria, personalis, perpetua. *l. f. §. f. ff. naut. caup.* pœnalis mixta. *a. l. 7. §. 1. ff. eod. j. c. odia. d. R. J. in 6.* & datur hospitibus atq; vectoribus, quibus furtum factum vel damnum datum est in navi, caupona vel stabulo, eorumque hæredibus. §. *III. J. b. §. 1. J. d. perp. & temp. act.* adversus Exercitorem navis, cauponæ vel stabuli, non contra ejus hæredes. *§. III. J. b. l. f. §. f. ff. naut. caup.* ad duplum ejus, quod abest præstandum, *l. f. §. 1. ff. eod. Hodie* hæc actio infrequens est.

(a) *Publice utile est sine metu & periculo per itinera commeari. L. 1. §. 1. ff. d. his qui effud. vel dej.*

(b) *Ex pœnalibus causis non solet in patrem de peculio actio dari, L. 58. ff. d. R. J.*

(c) *Conductor operarum, qui culpam in eligendis vel retinendis ministeriis admisit, ex facto*

cto operariorum in negotio ipsis commisso obligatur. a. L. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil. L. 11. ff. locat.

Tit. VI.
De Actionibus.

I.

Actio est jus persequendi in judicio. *a. l. 13. ff. quod met. caus.* quod sibi debetur. *PR. J. h. j. l. 178. §. 2. 3. ff. d. V. S.* In libello autem nomen Actionis exprimi præcise necessarium non est. *a. c. 6. X. d. judic.* cum de eodem ex causa petendi & petito constare sufficiat. Pr. I. h.

II. *Actio* dividitur a causa efficiente in eam, quæ oritur ex jure Rerum & Personarum. Quæ nascitur ex Jure rerum est vel Realis vel Personalis. *Realis* descendit ex Jure in re, atque adversus Possessorem competit ad jus in re declarandum. *§. I. J. h. l. 25. ff. d. O. & A.* ut 1.) Rei Vindicatio. 2) Actio Confessoria. 3.) Publiciana. 4.) Rescissoria. 5.) Pauliana. 6.) Hypothecaria. §. 1. I. h.

III. *Rei Vindicatio* est Actio Civilis, *§. III. J. h.* realis, Domino. *l. 23. ff. d. R. V.* rei singularis. *l. 6. ff. eod.* & corporalis. §. *I. J. h.* adversus Possessorem illius. *d. §. l. 9. ff. eod.* ad rem cum omni causa restituendam competens. *l. 20. ff. eod. j. §. I. J. h.* Rei Vindicatio *directa* ex Verbis legis, *utilis* ex mente illius; vel benigna interpretatione, conceditur. e. g. Superficiario. *a. l. 73. §. 1. ff. d. R. V.* Vasallo. *11. f. 8. §. rei.*

S 2 IV.

§.3. I. h. IV. *Actio Confessoria* est Civilis. §. *III. J. b.* realis, & datur illi, qui sibi vel suo prædio servitutem asserit adversus quemvis ejusdem usum impedientem. *l. 10.* §. *1. ff. si serv. vind.* ad servitutem declarandam cautionemque de non amplius turbando in ejus usu. *l. 7. l. 12. ff. eod.* cum omni interesse præstandam. *l. 4.* §. *2. ff. eod. j.* §. *II.*
§. 2. I. h. *J. b.* dispescitur in *directam*, eaque ex legum verbis proficiscitur. v. g. cum servitus realis, s. urbana s. rustica, aut personalis asseritur. §. *II. J. b.* & *Utilem*, quæ ex legum sententia descendit. e. g. quando illa ad alia jura asserenda applicatur fac. *l. 31. ff. d. S. P. U.* ut venationis, decimarum, Jurisdictionis.

V. Actio Confessoria pro affini agnoscit *Actionem Negatoriam*, atque *bæc* est realis & competit Domino adversus eum, qui in ejus prædio servitutem prætendit, illiusque libertatem impedit, ad libertatem ejus declarandam, & cautionem de non amplius turbando in usu libertatis cum omni interesse præstandam, §. *II. J. b. l. 5.* §. *f. ff. si ususfr. pet. l. 2.* §. *1. l. 17. pr. ff. si serv. vind.* Hæc quoque est vel *Directa* & ad Servitutes negandas, §. *II. J. b.* vel *Utilis* & ad similia Jura deneganda pertinet, veluti Collectationem, Præsentationem.

VI. In actione Negatoria, propter negationem *l. 23. C. d. probat. l. 9. C. d. servit.* (*b*) Reo, asserenti servitutem, vel jus, injungitur probatio, atq; hæc actio ad defendendam a servitute libertatem

tatem ejusque possessionem inventa est; verum ad res corporales non pertinet, in casum turbatæ possessionis tamen actione in factum. v. g. ex Interdicto Uti Possidetis, possessionem tueri permittitur. *l. 1. ff. Uti possit.*

VII. *Actio Publiciana* (a Prætore Publicio dicta. §. *IV. J. b.* est prætoria. §. *3. J. b.* realis, §.4. I. h. arbitraria. §. *31. J. b.* perpetua. *l. 35. ff. d. O. & A.* competens illi, qui rem b. f. & justo titulo accepit, sed possessionem casu amisit, adversus infirmiore Jure possidentem. *l. 9. §. 4. ff. d. publ. in rem. act.* ad rem nondum usucaptam tanquam usucaptam restituendam. §. *IV. J. b. Hodie* Publiciana actio cum Rei Vindicatione in foro frequenter cumulatur. *a. c. 3. d. sent. & re jud. 6. j. l. 1. §. 4. ff. quod legat.*

VIII. *Actio Rescissoria*, eaque est h. l. Prætoria realis, daturque Domino læso ob absentiam adversarii quamvis. *l. 22. §. f. ff. ex quib. caus. maj.* suam verò quamlibet laudabilem aut necessariam indifferentem. §. *V. J. b. l. 15. ff. eod.* §. 5. I. h. aliamve Justam causam ex qua subveniatur. *l. 1. §. 1. ff. ex quib. caus. maj.* adversus quemvis possessorem, *l. 30. pr. §. 1 ff. eod.* ad rem usucaptam tanquam non usucaptam restituendam. §. *V. J. b. Hodie* etiam usum præstat. *L. 140. ff. d. R. J.* (*c*) & ex clausula generali, *si qua mihi justa causa videbitur*, ob casum fortuitum detrimentum passis succurritur. *l. 1. §. f. ff. d. itin. act. priv.*

IX. *Actio Pauliana* est Prætoria, realis, § *VI.* §. 6. I. h.

J. h. annalis. *l. 1. ff. quæ in fraud. cred.* competens Creditoribus a debitore concursu instante vel modo consilio eventuque defraudatis adversus Possessores fraudis participes. *l. 6.* §. *8. ff. eod.* ad res alienatas, ac si alienatæ non fuissent, restituendas. §. *VI. J. h.*

§. 7. I. h. X. *Actio Hypothecaria* est Prætoria, §. *VII. J. h.* realis, arbitraria, §. *31. J. h.* & datur Creditori, qui jus pignoris habet, adversus quemcunque Possessorem ad rem oppignoratam consequendam. §. *VII. J. h.*

XI. *Actio Hypothecaria* dividitur in Servianam & quasi Servianam. *Serviana* locator prædii rustici res Coloni expresse. *l. 4. ff. d. pact.* taciteve sibi oppignoratas adversus quemcunq; Possessorem persequitur. §. *VII. J. h.* *Quasi serviana* est, qua Creditor quivis pignoratitius. *l. 5.* §. *1. ff. d. pign. l. 1. C. Comm. d. leg.* (excepto locatore prædii rustici. §. *VII. J. h.*) res sibi oppignoratas adversus quemcunque possessorem persequitur. *d.* §. *VII.*

XII. *Actio Hypothecaria differt ab actione pignoratitia: Hæc* enim est Civilis, Personalis, & adversus obligatos ex contractu tantum datur. *a.* §. *28. J. h.* *Hypothecaria* vero est Prætoria, realis & contra tertios etiam Possessores pignoris proprie sic dicti vel Hypothecæ competit. §. *VII. J. h. l. 25. ff. d. O. & A.*

XIII. Hactenus de actione reali actum. *Personalis*, nomine generali appellata *Condictio*

§. *XV.*

§. *XV. J. b. est*, quæ descendit ex Jure ad rem atque adversus personas obligatas ad debiti præstationem datur. *l. 25. ff. d. O. & A.* §. *XV. J. b.* §. 15. I. h.

XIV. *Actiones personales* ex conventione vel quasi sunt. e. g. 1. Actio de Constituta pecunia. 2. De peculio. 3. in Factum ex Jurejurando. 4. Condictio furtiva.

XV. *Actio de constituta pecunia* nascitur ex *Constituto Obligatorio*, quod est pactum legitimum. *l. 1. ff. d. const. pec.* quo quis debitum naturale. *l. 1.* §. *7. ff. eod.* vel mixtum *l. 3.* §. *1. 2. ff. eod.* sive proprium sive alienum, se soluturum promittit. §. *IX. J. b.* salva priori obligatione. §. 9. I. h. *l. 28. ff. d. const. pec.* & *est* Prætoria, §. *VIII. J. b.* §. 8. I. h. personalis, rei persecutoria, competens Creditori, cui debiti vel proprii vel alieni solutio pacto promissa est, adversus Promittentem ad promissi exactionem. §. *IX. J. b.* Actioni huic affinis est *Actio Receptitia.* §. *VIII. J. b. l. 2. C. d. Const. pec.* in actionem de pecunia constituta transfusa. *d.* §. §. 9. I. h.

XVI. *Actio de peculio* est personalis, in rem scripta. *a. l. 27.* §. *2. ff. d. pecul.* adjectitia qualitate a Prætore aucta, & datur illi, qui cum Servo vel filiofam. peculium habente vere vel quasi contraxit. §. *X. J. b. j. l. 14. ff. d. neg. gest.* adversus Dominum vel Patrem peculiotenus. *d.* §. §. 10. I. h. *Hodie* non est abrogata, sed infrequens.

XVII. *Actio in Factum ex Jurejurando* est Prætoria. §. *VIII. XI. J. b.* personalis, & datur illi, §. 11. I. h.

qui, adverſario extra judicium poſtulante, juravit, adverſus eum, qui hoc Jusjurandum præſtari voluit, ut conditioni delationis ſatisfaciat. *l. 11. §. 1. ff. d. jurej. bodie* actio hæc infrequens eſt, non abrogata.

XVIII. *Juramentum* in genere ſpectatum eſt invocatio nominis divini, ut Deus noſtri aſſerti ſit teſtis & perfidiæ Vindex. *Deut. c. 10. v. 20.* Memorata Actio deſcendit ex *Juramento voluntario*, idque eſt, quod parti per conventionem extra judicium litis decidendæ gratia defertur. *l. 17. ff. d. jurej.* Differt *à jurejurando, quod defertur à parte parti in judicio* Judice approbante. *l. 12. §. 1. C. d. reb. cred.* directe litis decidendæ gratia. *l. 12. pr. C. eod. O. P. §. 4. 18. pr. A Judice defertur Jusjurandum* purgatorium vel ſuppletorium. *Purgatorium*, der Reinigungs-Eyd eſt, quo, Judice jubente, ſuſpicionibus gravatus illud, quod ipſi objicitur, falſum eſſe aſſerit ad innocentiam ſuam oſtendendam. *a. c. f. §. f. X. d. jurej. O. P. §. t. 32. Suppletorium*, der Erfüllungs-Eyd, eſt, quod a Judice alicui, ad imperfectam intentionis ſuæ probationem ſupplendam & confirmandam, defertur. *L. 31. ff. d. d. jurej. (d) l. 3. C. d. reb. cred. P. 1. C. El. 23.*

XIX. *Condictio Furtiva* eſt actio perſonalis
§. 14. I. h. ex quaſi-Contractu. *a. §. XIV. J. h. l. 7. §. 2. l. f. ff. d. condict. furt.* cujus deſcriptionem tradidimus *L. 4. T. 1.* de illius *Uſu* conſtat ex *Dec. El. 86.*

XX.

XX. *Actiones Personales ex delicto* sunt e.g. (1.) *Actio de Albo corrupto.* §. *XII. J.b.* eaque est Prætoria, personalis, pœnalis, annalis, competens cuivis ex populo adversus eum, qui Album corrupit, ad pœnam 500. aur. præstandam. *l.7.ff. d.jurisdict. j. l.f.ff. d.pop.act.* Hæc actio *hodie* infrequens est. (2.) *Actio de in Jus vocando*, quæ est Prætoria, personalis, pœnalis, annalis, competens in Jus vocato, qui non nisi impetrata venia in jus vocari debuisset (ut Patrono, Parenti. §. *XII. J.b.*) adversus vocantem. *l.24.ff. d.in jus voc.* ad pœnam 50. aur. solvendam. *l.f.ff.eod.* Ea Actio *hodie* non obtinet; in iis locis tamen, in quibus veniæ impetratio adhuc necessaria. v.g. Jure Würtenbergico, quodammodo adhiberi poterit. *Ord. Prov. Würt. P.1.t.11.* (3.) *Actio de Vi exemto*, quæ est Prætoria, personalis, pœnalis, annalis. *l.35.ff.d.O. & A.* competens in Jus vocanti & hæredibus quorum interest. *l.5.* §. *f.ff. ne quis eum, qui in jus voc.* adversus eximentem. *l.4. l.5.* §. *2.ff. eod.* in jus vocatum. *l.5.pr.ff. eod.* ad præstandum quanti res, de qua est controversia, ab Actore fuerit æstimata. *d.l.5.* §. *1. Hodie* eam utiliter ad consequendas retardati Processus Expensas applicari, sunt qui contendant. §. 12. I. h.

XXI. A reali & personali Actione transeundum est ad mixtam. Est autem h.l. *mixta*, quæ partim oritur ex Jure in re, partim ex Jure ad rem. §. *XX. J.b.* Ab hac diversa est *Actio in*

rem scripta ex Jure ad rem descendens & nihilominus adversus tertium possessorem competens. *l. 9. §. 8. l. 14. §. 3. ff. quod met. caus. l. 3. §. 3. f. ff. ad exhib.* Mixtæ sunt actiones *Actio* (1.) *Fa-*
§. 20. I. h. *miliæ herciscundæ. §. XX. J. h. j. l. 22. §. 4 ff. fam. herc.* de qua *ad §. 4. J. d. Obl. quæ qu. ex contr.* ubi vid. descriptio. (2.) *Communi dividundo. d. §. XX. j. l. 4. §. 3. ff. comm. divid.* de qua *ad d. t. §. 3.* actum est. (3.) *Finium regundorum*, atque hæc est actio mixta. *§. XX. J. h. j. l. 1. ff. fin. regund.* duplex. *l. 10. ff. eod.* daturque inter eos, qui confines agros habent. *l. 4. §. 10. ff. eod.* ad turbatos fines restituendos & præstandum id, quod interest. *l. 4. §. 1. ff. eod.* In his tribus Judiciis permittitur Judici facere *Adjudicationem*, qua ipse totam rem dividendam finesve confusos aut portionem debitâ majorem in unum ex litigantibus transfert, sub onere certæ præstationis. e. g. pecuniariæ, alteri litigantium parti faciendæ. *§. XX. J. h. j. §. 6. 7. J. d. Offic. jud. l. 22. §. 1. 2. 3. ff. fam. herc.*

XXII. Hucusque de Actionibus ex Jure Rerum descendentibus actum est. *Ex Jure Personarum* oritur *Actio Præjudicialis*, eaque ex *statu libertatis*, *civitatis* vel *familiæ* descendit, & ad Jus libertatis, civitatis vel familiæ asserendum, (hæc *Affirmatoria* dicitur, veluti de par-
§. 13. I. h. tu agnoscendo. *§. XIII. J. h.*) aut contra alterius oppugnationem defendendum, (hæc *Negatoria* nominatur) tendit *§. XIII. J. h. l. 5. §. 8. ff. d.*

ff. d. agn. vel al. lib. Abit in *Directam*, ubi agitur de ipso statu *Libertatis* (hæc Civilis est, *§. XIII. J. h.*) *Civitatis* vel *Familiæ*, & *Utilem*, ubi de Personarum Jure affini Statui Libertatis (v. g. *Conditione hominis proprii*) Civitatis (ut *Incolatu*) vel Familiæ (veluti *Agnatione*. Item *Jure Conjugali. l. 3. §. 4. ff. d. agn. vel al. lib.*) asserendo, vel adversus impugnationem defendendo, tractatur. *a. l. 5. §. 8. ff. d. agn. vel. al. lib. de §. XIV. vid. Num. 19. d. §. XV. j. N. 13.*

XXIII. Ab Objecti qualitate dividitur *Actio* in Rei persecutoriam, Pœnalem & Mixtam. *Reipersecutoria* est, quæ persequitur id, quod nobis debetur, absque ulla reum coercendi intentione. *§. XVI. XVII. J. h. l. 35. ff. d. O. & A. Talis est* omnis Actio (1) Realis (2) ex Contractu vel quasi descendens. *§. XVII. J. h. Excipitur (1) Actio Depositi Mixta*, ob depositum miserabile, competens Deponenti illiusque hæredibus. *a. §. I. J. d. perp. & temp. act.* adversus Depositarium inficiantem fidemque fallentem, nec non ejus hæredem, de dolo ipsius hæredis in duplum. *§. XVII. §. 26. J. h. l. 1. §. 1. 3. l. 18. ff. depos.* Quæ actio in duplum *hodie* nondum est abrogata. *a. l. 27. C. d. testam.* (2.) *Actio ex testamento Mixta*, quæ, ob Legatum vel Fideicommissum piis locis datum, competit iisdem contra oneratos, qui Legatum relictum inficiati sunt, vel ejus solutionem sine causa, usque dum judicio convenirentur distulerunt, ad Duplum ejus, quod legatum

§. 16. 17. I. h.

§. 19. 26. l. h. tum est, exigendum. §. *XIX. XXVI. J. h.* etiam *hodie.*

XXIV. *Actio pœnalis* est, quæ persequitur quod Actori Rei coërcendi gratia debetur: ut
§. 18. I. h. Actio Furti in duplum vel quadruplum competens. §. *XVIII. J. h. j.* dicta *ad* §. 5. & §. *f. J. d. Obl. quæ ex del. nasc.*

XXV. *Actio* h. l. *Mixta* est, quæ simul Rem & Pœnam persequitur: ut (1.) Actio *Vi Bonorum*
§. 19. I. h. *Raptorum* in quadruplum. §. *XIX. J. h.* de qua actum ad *pr. J. d. vi bon. rapt.* (2.) Actio *Legis Aquiliæ*, sive adversus reum inficiantem agatur in Duplum. *d.* §. sive agatur. e. g. ob equum, qui claudus est, sed integer eo anno fuit, ad id præstandum, quanti æstimatus fuerit eodem anno plurimi. §. *XIX. J. h. Ussum* ex dictis ad *pr. J. ad L. Aquil.* repetere licet. (3.) Actio Mixta *ex Testamento*, *ob legatum* vel fideicommissum *Piis Locis* relictum, in Duplum competens. §. *XIX. J. h.* etiam *hodie. j.* §. *17. J. b.* commemorata *de* §. *20. vid. Num. 21.*

XXVI. Ab Objecti qvantitate dividitur *Actio* in eam quæ simplum & amplius persequitur. *In simplum* competit Actio Rei Pœnæve persecutoria absq; mentione dupli, tripli vel quadrupli
§. 21. I. h. (ulterius nulla extenditur. §. *XXI. J. b.*) a lege determinata. *d.* §. *j. l. 7. ff. d. jurisd. l. 12. ff. d. in jus voc.* Regulariter Actio saltem in simplum datur.
§. 22. I. h. *a.* §. *XXII. J. b.*

XXVII. *In Amplius datur* sive Augmenti

quo-

quoque Persecutoria est Actio vel ab initio vel ex post facto. Ab initio s. *sua natura veluti Actio in Duplum* (1.) *Furti* nec manifesti. *v.* §. *5.* §. *XXIII. J. b.* §. *XXVI. J. eod.* (2.) *De Servo* §. 23. I. h.
Corrupto, quæ est prætoria, personalis, pœnalis, mixta. §. *XXIII. J. b.* perpetua *l. 13. ff. d. serv. cor.* competens Domino adversus eum, qui servum alienum dolo malo quoad animum deteriorem reddidit. *l. 1.* § *3. 4. l. 3. pr.* §. *1 ff. eod.* ad Duplum ejus, quod interest, exigendum. *l. 9.* §. *2. ff. eod.* §. *XXIII. XXVI. J. b. Utilis* Actio de Servo Cor- §. 26. I h.
rupto iis, qui Dominis similes sunt (veluti Patri, ceu pron. *F. J. L. M. Jul. 705.* Marito, Hero, Domino) tribuitur, & datur ad præstationem ejus, quod interest personarum ipsis subjectarum animum haud esse corruptum, id quod arbitrio Judicis æstimandum venit. *L. 14.* §. *1. ff. d. serv. corr.*

XXVIII. *In triplum* datur *Condictio ex Lege ob majorem vera æstimatione quantitatem Libello insertam*, quæ est Actio personalis, pœnalis mixta, & datur Reo, qui æquo ampliorem summam sportularum nomine Executoribus litium præstitit, adversus Actorem, qui majorem verâ æstimatione quantitatem libello conventionis inseruit, ad Triplum damni hoc modo dati præstandum. §. *XXIV. J. b. Hodie* hæc Actio infre- §. 24. I. h.
quens est, quandoquidem sportulæ (die Gerichts-Gebühren) secundum Taxam in Judiciis receptam exigi solent.

XXIX.

XXIX. *In quadruplum* competit (1.) *Actio*
§. 25. I. h. *furti* manifesti. §. *XXV. J. h.* (2.) *Actio in factum de Calumniatoribus*, atque hæc est prætoria, personalis, pœnalis, mixta, & datur illi, cujus causa pecunia accepta est, ut ipsi Calumnia fieret vel non fieret. *l. 3.* §. *1. 3. ff. d. calumn.* adversus accipientem ad exigendum intra annum quadruplum, post annum simplum. *l. 1. ff. eod.* Actio hæc infrequentibus *hodie* potius, quam abrogatis, accensenda erit. (3.) *Condictio ex Lege adversus Executores Litium*, eaque est actio personalis, & datur iis, qui æquo majores Sportulas solverunt, contra Executores litium, qui eas adversus Legis normam exegerunt, ad quadruplum damni dati præstandum. §. *XXV. J. h.* *Hodie* quidem hac actione uti licet, at Judices frequentissime extra ordinem in tales litium executores animadvertunt. Ex supra dictis de *usu hodierno* consequitur Actiones pœnales in duplum quadruplumve in Foro Germanico non pro abrogatis sed infrequentibus esse agnoscendas.

XXX. *Actio in Amplius* ex post facto s. *per Accidens* concessa est, quæ ab initio in simplum competit, sed propter accedens delictum inficiationis, temerariæ procrastinationis, vel contumaciæ in Duplum aut Quadruplum datur.
§. 26. 27. I. h. §. *XXVI. XXVII. J. h.* e. g. *in Duplum* Actio Mixta (1.) Legis Aquiliæ. *l. 2.* §. *1. ff. ad L. Aquil.* (2.) de Deposito miserabilli post inficiationem.

j. di-

j. dicta ad §. 17. *J. h.* (3.) *ex Testamento de Legato vel fideicommisso ad pias causas relicto* post inficiationem aut frustratorie dilatam solutionem usque dum judicio conveniretur oneratus. §. *XXVI. J. h. j.* §. 17. & 19. *J. h. In Quadruplum* autem Actio quod Metus causa, quando reus jussu Judicis rem actori non restituit. §. *XXVII. J. h.* Cæterum *Actio quod Metus causa* est Prætoria, arbitraria. §. 31. *J. h.* personalis, in rem scripta. *l. 9.* §. 8. *ff. quod met. caus.* competitque vim passo & hæredibus. *l. 16.* §. 2. *ff. eod.* adversus Vim Inferentem, imo etiam Possessorem Tertium. *l. 14.* §. 3. *ff. eod.* ad hoc ut contumax in restituendo intra annum quadruplum, post annum vero simplum præstat, *l. 14.* §. 1. *ff. eod.* §. *XXV. j.* §. *XXVI. J. h. Hodie* præsens actio infrequens non abrogata est.

XXXI. A Forma Accidentali, & quidem ratione Potestatis Judicis, qui decernit quantum Actori a Reo præstari debeat, *Actio* ex Contractu vel Quasi est vel Bonæ fidei, vel Stricti Juris. *Bonæ fidei* in qua Judex liberam habet potestatem æstimandi quid alter litigatorum alteri ex bono & æquo, etiam citra expressam conventionem, præstare debeat. §. *XXX. J. h. l. 7. ff. d. neg. gest.* §. 30. I. h. *Talis est*, ob Usus & utilitatis præstantiam nec non mutuas præstationes, quælibet *Actio ex Contractu Bilaterali* sive ab initio, sive ex postfacto tali, descendens. *a.* §. *XXVIII. J. h.* etiam Hæreditatis petitio. Est autem *hæreditatis petitio*

titio Actio Mixta. *d. l. 7. C. d. har. pet.* b. f. *d.* §. quæ datur Hæredi adversus eum, qui pro Hærede vel Possessore possidet res hæreditarias. *l. 9. ff. d. hæret. pet.* ad eas cum omni causa restituendas. *l. 18. §. f. l. 19. ff. eod. Per exceptionem* à Regula ex Contractibus Unilateralibus *Bona Fidei* constitutus *est*, ob vicinitatem cum emtione venditione *contractus æstimatorius ac permutatorius*, nec non, ob favorem dotis *stipulatio de dote restituenda*, ac proinde (1.) *Actio Præscriptis Verbis Æstimatoria* est personalis, b. f. §. *XXVIII. J. h.* & datur illi, qui rem certo pretio æstimatam vendendam dedit, ejusque hæredibus, adversus eum, qui eandem vendendam accepit, ejusque hæredes, ad rei vel pretii restitutionem. *l. 1.* §. *1. ff. d. æstim.* (2.) *Actio Præscriptis Verbis Permutatoria*, est personalis, b. f. §. *XXVIII. J. h.* & competit illi, qui ex causa permutationis rem suam dedit, ejusque hæredes, *a. l. 4. C. eod.* ad dandam rem promissam. *l. f. C. eod.* vel interesse, si eo contentus esse velit Actor, præstandum. *l. 5.* §. *1. ff. d. P. V.* (3.) *Actio ex Stipulatu ad dotem repetendam*, est per-
§ 29. I. h. sonalis, civilis, rei persecutoria, b. f. §. *XXIX. J. h.* & datur illis, qui de Dote restituenda vere ficteve stipulati sunt. *l. un. pr.* §. *13. C. d. R. U. A.* eorumque hæredibus adversus eos, qui Dotem susceperunt, eorumq; hæredes ad Dotem Restituendam. *d. l. un.* §. *1. 6. 13.* § *XXIX. J. h.* Huic Actioni cohæret tacita Hypotheca competens in Mariti vel ejus, qui dotem

tem suscepit,bonis *l.un.§.1.C.d.R.U.A.*illuq; accedit*PrivilegiumPrælationis*,quandoUxor aut ejusdem liberi dotem repetunt. *l. 12. §.1.C. qui pot. in pign.* vi cujus omnibus Creditoribus,etiam anteriorem hypothecam expressam habentibus,præferuntur. *l. 12. C. d. t. N. 97. c. 3. 4. N. 109. c. 1.* ita *pron. F. J. L. Mens. Jul. 710.* an d. St. z. G. Plerisque tamen in locis interpretatione & observantia ita temperatum est hoc Privilegium, ut saltem Creditoribus similem tacitam Hypothecam anteriorem habentibus,non expressam,Mulier ejusque liberi præferantur, quod *Jure Saxon. El.* expresse constitutum est. *O. P. S. t. 43.* Omnes Actiones B. F. in §. *XXVIII. & XXIX.* §. 28. 29 *J. b.* recensentur s. explicite s. implicite. Cæterum olim in b. f. judiciis ipso jure, in stricti juris judiciis per exceptionem doli mali oppositam, admissa Compensatio; sed Jure novo ipso jure liquidi debiti compensatio fit. §. *XXX.* §. 30. I. h. *J. b. l. f. C. d. compens.* alleganda tamen ea est. *a. l. 2. C. eod. j. P. 1. C. El. 8.* *Compensatio* autem describitur; quod sit debiti & crediti inter se Contributio. *l. 1. ff. d. Compens.* mutuum debitum ipso Jure minuens aut tollens. *l. 4. l. 7. ff. l. 4. C. d. compens.* §. *XXX. J. b.* eaque in Actione Reali & Personali obtinet, qua quantitas petitur. *d. §.* verum *cessat in Deposito*, licet æstimatio rei, culpa lata depositarii perditæ,petatur. *d. §.* ita pron. *S. C. P. L. Term. Luciæ 1709.* nam in specie deposita, quia quantitas non est, cessat

communi Jure compensatio. *d. §. l. 11. C. depos. l. 18. ff. d. pign. act.* (*a*)

XXXII. *Actio Stricti Juris* est, in qua Judicis potestas conventioni partium & strictæ negotii naturæ alligata est, neutramque judicando excedere potest. *a. §. XXVIII. XXX. J. h. l. 99. ff. d. V. O. l. 3. ff. d. R. C. Talis est ex Conventione unilaterali descendens Actio*, excepta Actione æstimatoria, Permutatoria & ex Stipulatu ad dotem repetendam, ceu supra indicatum est, eaque diversa est ab actionibus. b. f. etiam *hodie. v. Tract. Syn. Inst. ad d. §. 28.*

XXXIII. A forma accidentali, ratione potestatis Judicis, qui decernit, Quemadmodum Actori à Reo satisfieri debeat *Actio* est vel Arbitraria, vel non Arbitraria. Est autem *Arbitraria* vel Specialis vel Generalis. *Specialis*, in qua Judex una sententia decidit quantum ob interesse lo-
*§. 34. I. h. ci, quo solutio fit, præstari debeat. §. *XXXIV. J. h. l. 2. pr. l. 3. l. 4. §. 1. ff. de eo quod cert. loc.* & describitur *Actio de eo quod certo loco*, quod sit
§. 31. I. h. personalis, arbitraria. *§. XXXI. J. h. & XXXIV. J. eod.* qua id, quod ex Obligatione stricti Juris certo in loco solvendum fuit, & solutum non est, alio in loco petitur facta commemoratione ejus loci, quo solvi debuit, ut à Judice ratio habeatur utilitatis, quæ competitura fuisset, si eo loco, quo reus se soluturum promisit, solveretur. *d. §. XXXIV. l. 2. §. f. ff. d. t. j. l. un. C. ubi conven. qui cert. loc. dar. prom.* Quam Actionem *hodie* institui posse puto.

XXXIV.

XXXIV. *Actio arbitraria generalis* eſt, in qua Judici poteſtas competit Arbitrandi ſ. jubendi quemadmodum Actori a Reo ſatisfieri debeat, ut, ſi arbitrio iſti non ſatisfiat, gravior ſententia condemnatoria ſequatur. §. *XXXI. J. b.* Eaque vel Æſtimatoria vel Pœnalis. *Æſtimatoria* in qua fit Condemnatio in Æſtimationem ejus quod ex Actione inſtituta debetur præcedente Juramento in litem affectionis. *l. 68. ff. d. R. V. l. 8. ff. d. in lit. jur.* Huc pertinet *Actio realis*, ſcilicet Rei Vindicatio. *d. l. 68.* Actio Publiciana, Hypothecaria. §. *XXXI. J. b. Perſonalis Actio* (1.) *de Dolo. d.* §. eaque eſt arbitraria, famoſa. *l. 1. §. 4. ff. d. dolo mal.* reiperſecutoria. *l. 18. ff. eod.* & competit dolo deceptis eorumque hæredibus. *l. 13. ff. eod.* adverſus decipientes ad læſionem corrigendam. *d. l. 18.* Actionis de dolo uſus *hodie* non deſiit. ceu *pron. F. J. L. Menſ. Oct. A. 1700.* (2.) *Ad Exhibendum*, quæ eſt præparatoria, perſonalis. *l. 3. §. 3. ff. ad exh.* in rem ſcripta. *a. l. 3. §. f. ff. eod.* arbitraria. §. *XXXI. J. b.* & datur illi, cujus peculiariter intereſt rem exhiberi. *l. 13. ff. ad exh.* adverſus Poſſeſſorem ad hoc ut rei poteſtas fiat in publico, principalique actione experiundi copia ſit. *l. 2. ff. eod. Hodie* illa infrequens eſt, non abrogata, & Exhibitio plerumque impetratur Mandatis Compulſorialibus. *Actio Arbitraria Pœnalis* eſt, in qua fit, ob Contumaciam Rei, Condemnatio in Quadruplum, videlicet in Actione quod metus cauſa. §. *XXXI. J. b.* & §. *27. J. b.*

 XXXV.

XXXV. *Actio non Arbitraria* est, in qua Judex neque ante sententiam Arbitrium speciale interponit, neque ob loci adjectionem in ipsa Sententia arbitratur. *a. §. XXXI. J. h.*

XXXVI. A Forma accidentali, & quidem ratione Modi procedendi dividitur *Actio* in Ordinariam & Summariam. *Ordinaria* est, quæ solenni ordine judiciorum tractatur: ut Rei vindicatio, Actio injuriarum æstimatoria. *Ord. Pol. El. d. A. 1661. t. 5.* §. 7. Causa in dubio præsumitur esse ordinaria. *Summaria* est, quæ de simplici & plano, observatis saltem partibus judicii substantialibus, expeditur. *Clem. sæpe. d. V. S.* e. g. de Matrimonio, Tributo, Salario Advocatorum & Præceptorum. *a. l. 1. pr. §. 6. 7. 10. ff. d. extraord. cogn.*

XXXVII. A fine dividitur Actio *in eam, qua intenditur quantitas* vel res incerta aut certa. *Incerta* veluti id quod interest. *l. 1. ff. d. act. emt. j. l. un. C. d. sent. quæ pro eo quod interest*, maxime in Obligationibus Faciendi. *l. 13. §. 1. ff. d. re jud.* ubi Judex sententiam, rem pecuniamve certam comprehendentem ferre debet, quoad
§. 32. I. h. possibile est. §. *XXXII. J. h.* sufficit enim certitudo Naturæ Causæ conveniens. *l. 4. C. d. sent. quæ sin. cert. quant. c. 6. X. d. emt. vend.*

XXXVIII. *Cum intenditur quantitas vel res certa* petitur vel id, quod debetur, vel plus quam debetur, vel minus quam debetur. *Plus*, quam
§. 34. I. h. debetur, *petitur* vel *Re*, s. quantitate. §. *XXXIV. J. h.*

J. b. vel *Tempore.* i.e. ante diem vel conditionem obligationis venientem. *d.* §. vel *Loco* i. e. alio in loco, quam in quo solutio facienda est. *d.* §. vel *Causa*, cum ex Obligatione Generali vel Alternativa certa Species exigitur. *d.* §. Atque tum *Pœna Jure veteri* erat amissionis causæ, nisi restitutio minoris fieret ob ætatem, majoris ob justam causam. §. *XXXIII. J. b j. l. 1. §. 1. ff. ex quib. caus. maj. in integr. j. l. f. C. d. plus petit. Jure Novo*, cum plus petitum est Tempore, temporis Induciæ ab initio indultæ duplicantur, iisque finitis non aliter lis suscipitur, nisi omnes expensæ litis restitutæ fuerint. *§. XXXIII. J. h. j. §. X. J. d. Except. c. un. X. de plus petit. Hodie* in *Saxonia* nonnullisque aliis in locis Germaniæ Reus saltem absolvitur ab Instantia atque observatione Judicii, & Actor in Expensas condemnatur; non tamen pœna Juris Civilis penitus ab usu recessit. Quoties plus petitum est Re, Loco vel Causa, pœna est Condemnatio in Triplum damni per plus petitionem reo dati. §. *XXXV. J. b. j. L. 42. ff. d. R. J.* (*g*) eaque pœna *bodie in Saxonia* multisque aliis in locis non obtinet, sed Reus absolvitur ab Instantia, & Actor in expensas condemnatur. *fac. c. un. X. d. plus pet.* §. 33. I. h. §. 35. I. h.

XXXIX. Quando Actor Minus, quam debetur, petit, sine periculo agit: in reliquum enim nihilominus Judex eodem judicio adversarium condemnat. §. *XXXVI. J. h.* seu pron. *in* §. 36. I. h.

F. J. L. M. Sept. A. 703. (nonnullis Edit. est §.*34.*) idem obtinet cum per errorem Aliud pro Alio, Debitumve ex diversa, quam ex qua postulari potest, Causa. e. g. ex testamento, cum ex
§.37. l. h. Stipulatione debeatur, desideratur. §. *XXXVII. J. b.* (nonnullis Edit. §.*35.*) Licitum est vero Jure Civili *Libellum* (die Klage) *emendare*, i. e. manente eadem Actione eidem aliquid Addere vel Detrahere. *a. l. 4. §. f. ff. d. nox. act. d. §. 36.* eodem judicio & *Mutare*, i. e. Actionem intentatam respectu rei petitæ Causæve petendi, immutare usque ad sententiam. §. *XXXVI. XXXVII. J. b. l. 18. §. f. ff. d. vi & vi arm.* urgente justa causa *l. 3. C. d. edend.* refusis expensis. *l. 79. ff. d. judic.* reoque novo spatio deliberandi indulto. *a. l. 1. ff. d. edend.* Jure *Sax. El.* saltem usque ad Litem pure contestatam præstitamve Guarandam permissa Libelli mutatio. *P. 1. C. El. 11.*

XL. Ab Effectu dividitur Actio in eam, quæ *persequitur* etiam *minus quam solidum*: ut *Actio de Peculio* competens peculiotenus, sive ad præstandum id, quod in peculio est.
§. 38. l. h. §. *XXXVIII. J. b.* (nonnullis Ed. §. *36.*) & in illam, *quæ persequitur solidum*, cujus exactio impediri potest per *exceptionem* (1.) *Retentionis*, qua quis opponendo exceptionem doli mali, vel in factum, rem alienam ex justa causa detinet, usque dum id, quod ejusdem rei intuitu debetur, solvatur. *l. 14. ff. d. dol. mal. & met. except.*

l. 48.

l. 48. ff. d. R. V. j. §. XXXIX. J. b. (nonnullis Ed. est §. 37.) Huic affinis est *quasi Retentio rei* f. corporis *dotalis* propter impensas necessarias, vi cujus Maritus rem dotalem tam diu detinet, donec ei harum impensarum nomine satisfiat. *§. XXXIX. J. b. j. l. 5. ff. d. impens. in res dotal.* (*b*) *l. 56. §. 3. ff. d. jur. dot.* In *Saxonia* etiam Conjugibus: ut Marito propter Mobilia, Uxori ob Portionem Statutariam &c. in bonis defuncti Conjugis, donec satisfiat, tribuitur Retentio. *a. P. 3. C. El. 33.* *Per Exceptionem* (2.) *Competentiae*, quae est exceptio personalis. *l. 12. l. 13. ff. solut. matrim.* data Debitoribus conventis, Beneficio Competentiae gaudentibus, adversus Creditores, ad hoc ne plus praestare cogantur, quam salvis alimentis solvere queunt. *L. 173. ff. d. R. J.* (*i*) *l. 19. seqq. ff. d. re jud.* Haec tribuitur (1.) *Marito* si ab uxore ex causa dotis. *§. XXXIX. J. b.* (nonnullis Ed. §. 37.) *j. l. 18. ff. sol. matrim.* aliave conveniatur. *l. 20. ff. d. Re jud.* idemque in *Uxore* à Marito conventa obtinet. *d. l. 20.* (2.) *Parenti* utriusque sexus & cujusvis gradus. *a. l. 16. ff. d. re jud. §. XL. J. b.* (quibusdam Ed. est *§. 38.*) *j. L. 4. §. 2. ff. d. in jus voc. l. 4. ff. d. curat. fur.* (3.) *Patrono* Patronaeve. *d. §. XL.* (4.) *Sociis* sive universalibus sive particularibus. *d. §. XL. j. l. 63. ff. pro soc.* modo hi ex causa societatis conveniantur. (5.) *Donatoribus. d. §. XL. L. 28. ff. d. R. J.* (*k*) & quidem his solis deducto omni aere alieno. *l. 19. §. 1. ff. d. re jud. j. l. 49. l. 50. ff. eod.* ita visum

§. 39. I. h.

§. 40 I. h.

F. J. L. M. Jun. 707. (6.) *Iis qui Bonis cesserunt*, & locupletiores postea facti sunt, ob commisse-
§. 42. I.h. rationem. §. *XLII. J. b.* (*l*) scilicet r. nominum ante, non post cessionem, contractorum, ceu *resp. F. J. L. Mens. Mart. 705.* (aliis Ed. §. *40.*) Est autem *Beneficium Cessionis Bonorum*, quo debitor, sine dolo malo obæratus omnia sua Bona Creditoribus sponte relinquit, ut illis, quoad fieri potest, satisfiat, & ipse, salva existimatione, molestiam carceris effugiat. *l. 1. l. 8. C. qui bon. ced. poss. Hodie* Cessio præsens in dubio pro non abrogata est agnoscenda. *conf.* LR. *l. 3. a. 39.* Jure *Sax. El.* quoties in debitore Carcer Publicus (der Schuld-Thurn) locum invenit, ipsi cedere bonis saltem consentientibus Creditoribus permittitur. *P. 2. C. El. 22. Per Exceptionem* (3.) *Compensationis* (*vid. dict. ad* §. *30. J. b.*) qua MutuumQuantitatis Debitum ipso JureMinuitur vel tollitur. *l. 4. ff. d. Compens.* sive ex ea-
§. 41. I.h. dem sive ex diversa causa descendat. §. *XLI. J. b.* (nonnullis Ed. §. *39.*) *l. 2. l. 5. ff. l. f. pr.* §. *1. C. d. compens.*

(*a*) *Factum simpliciter negantis per rerum naturam nulla est probatio. L. 23. C. d. probat.*

(*b*) *Quodlibet prædium præsumitur esse a servitute liberum, usq; dum probetur contrarium. a. L. 9. C. d. servitut.*

(*c*) *Absentia ejus, qui Reip. causa abest, neque ei neque alii damnosa esse debet. L. 140. ff. d. R. J.*

(*d*) *So-*

(*d*) *Solent Judices in dubiis causis, exacto jurejurando, secundum eum judicare qui juravit. L. 31. ff. d. jurej.*

(*e*) *Interest nostra animum liberorum nostrorum non corrumpi. L. 14. §. 1. ff. d. serv. corrupt.*

(*f*) *Compensatio non nisi in quantitatis. L. 18. ff. d. pign. act. mutuo L. 18. §. 1. ff. d. compensat. puro. L. 7. ff. eod. & liquido L. f. §. 1. C. eod. ejusdem generis & qualitatis, debito locum habet. a. L. 4. C. eod.*

(*g*) *Qui agit de jure suo certus esse debet, cum sit in potestate ejus quando velit experiri, & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere. L. 42. ff. d. R. J.*

(*h*) *Necessariæ Impensæ Dotem ipso jure minuunt. L. 5. ff. d. impens. in res dot. fact. §. XXXIX. J. h.*

(*i*) *In condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur, non totum, quod habent, extorquendum est, sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant. L. 173. ff. d. R. J.*

(*k*) *Illi, qui ex liberalitate sua conveniuntur, in id quod facere possunt condemnandi sunt. L. 28. ff. d. R. J.*

(*l*) *Inhumanum est spoliatum fortunis suis in solidum damnari. §. XLII. J. h.*

TIT. VII.

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur.

I.

EX Contractu datur Actio vel Adjectitia qualitate aucta, vel Directa. *Adjectitia qualitate aucta est Actio* ex alieno Contractu descendens adversus eum, cujus aut voluntas cum eo concurrit, aut in cujus Rem aliquid versum est.
Pr. I. h. *PR. §. VI. J. h. l. 5. §. I. j. l. 1. ff. d. Exerit. act.*

II. Ita ex Jussu Patris vel Domini competit *Actio quod Jussu*, & est prætoria, personalis, rei persecutoria, adjectitia qualitate aucta, competens illi, qui cum Filiofam. (item nepote. §. *VI. J. b.*)
§. 6. I. h vel Servo Jussu Patris (item avi. §. *VI. J. b.*) vel Domini contraxit adversus Patrem (item avum) vel Dominum, ad præstationem ejus, quod ex na-
§. 1. I. h. tura contractus debetur, in solidum. §. *I. J. b. L. 1. ff. quod. jussu.* (*a*) Hæc dividitur in *Directam*, quæ oritur ex contractu cum Servo vel Filiofam. jussu Patris vel Domini inito, & *Utilem*, quæ ex conventione cum homine sui Juris, alterius negotia administrante, jussu negotiorum Domini celebrata descendit. *a. L. 7. §. 1. C. quod cum eo, qui in al.* v. g. si Uxor Mariti jussu contraxerit.

III. Ex Contractu ejus, qui præpositus est Negotiationi Maritimæ datur *Actio Exercitoria*,

quæ

quæ est personalis, adjectitia qualitate a Prætore aucta. *l. 5. §. 1. ff. d. exerc. action. j. l. 3. C. ne uxor pro Mar.* competens illi, qui cum *Magistro navis.* (i. e. eo cui cura navis, totius plerumque, commissa est. *l. 1. §. 1. 13. ff. d. exercit. act.* dem Schiff-Verwalter) secundum Præpositionis Legum contraxit, ejusq; hæredibus. *l. 4. §. 4. eod.* adversus *Exercitorem* (i. e. illum, ad quem omnis reditus navis pervenit, sive Dominus navis sit, sive a Domino navem per aversionem conduxerit vel ad tempus vel in perpetuum. *l. 1. §. 15. ff. eod.* der Reder, Schiffs-Freund, Schiffs-Patron) ejusque hæredes. *d. l. 4. §. 4.* in solidum §. *II. J. h.* §. 2. I. h.
Quoties Magister est liber Homo cum hac Actione elective concurrit Actio ex ipso contractu, & contra Magistrum datur. *l. 1. §. 17. 24. ff. d. exerc. act.* etiam *hodie. Conf.* Hansee-Stadt. Schiff-Ordnung. *t. 5. a. 5.*

IV. Ex contractu ejus qui præpositus est Negotiationi Terrestri conceditur *Actio Institoria,* quæ est personalis, reipersecutoria, perpetua. *l. 15. d. inst. act.* adjectitia qualitate a Prætore aucta & datur illi, qui cum *Institore* (i. e. eo, qui a Domino, vel vices Domini gerente, negotiationi quæstuariæ, universaliter plerumque, præpositus est. *l. 3. seqq. ff. eod.* e. g. dem Laden-Verwalter, Factor.) secundum præpositionis legem contraxit, ejusque hæredibus adversus Præponentem ejusque hæredes. *l. 15. ff. eod.* in solidum. §. *II. J. h.* Quando Institor est liber ho-

mo

mo ex ipso contractu conveniri potest durante officio ad solutionem non de suo, sed ex negotiatione, cui præpositus est faciendam. *a. l. 7.§. 11. ff. ad. SCt. Maced. l. 7. §. 1. d. institor. act. l. f. ff. eod.*

V. Ex inæquali mercium peculiarium distributione, a Patre vel Domino facta, descendit *Actio Tributoria*, eaque est personalis, adjectitia qualitate a Prætore aucta, reipersecutoria. *l. 8. ff. d. trib. act.* perpetua. *l. 7. §. f. ff. eod.* competens Creditoribus, quibus debetur ex contractu cum Filiofam. vel Servo inito, qui in peculiari merce, sciente & patiente Patre vel Domino, negotiatur. *l. 1. pr. §. 2. 3. ff. eod.* adversus Patrem vel Dominum, qui dolo malo. *l. 8. ff. eod.* Creditoribus minus, quam oportuit, tribuit, ejusque hæredes, quatenus ad eos pervenit. *l. 7. §. f. ff. eod.* ad inæqualem mercium distributionem corrigendam, & id, quod pro rata debetur,
§. 3. I. h. præstandum. §. *III. J. h.* Patri enim vel Domino ista distributio a Prætore permissa est. *d. §. j. l. f. ff. d. trib. act. Hodie* præsens Actio infrequens est.

VI. Ex peculii concessione a Patre vel Domino facta nascitur *Actio de Peculio*, quæ est personalis, in rem scripta. *a. l. 27. §. ff. d. pecul.* adjectitia qualitate a Prætore aucta, & datur illi qui cum Filiofam. vel Servo peculium habente vere vel quasi contraxit. *§. 10. J. d. act. j. l. 14. ff. d. neg. gest.* adversus Patrem vel Dominum peculi-

ote-

otenus. §. *IV. J. h. d.* §. *10.* Computatur autem peculium deducto eo, quod Servus debet Domino eive, qui in potestate Domini est, (ut Conservo) nisi conservus tanquam vicarius servus sit inordinarii servi peculio. *d.* §. *IV. j. l. 17. ff. d. pecul.*

VII. Ex Versione in rem Patris vel Domini datur *Actio de in rem verso*, eaque est personalis, reipersecutoria, adjectitia qualitate a Prætore aucta, competens illi, qui cum Filiofam. vel Servo contraxit ejusque hæredibus adversus Patrem vel Dominum ejusque hæredes. *l. 7. C. quod cum eo, qui in al.* ad præstandum id, quod in rem Patris vel Domini necessario vel utiliter. *l. 5.* §. *2. ff. d. in rem vers.* Versum est §. *IV. J. h. Hæc potest* (1.) *dividi in Directam*, quæ ex contractu Servi vel Filiifam. descendit, & *Utilem*, quæ ex contractu hominis sui Juris oritur, & adversus eum, in cujus utilitatem quid versum est, conceditur. *a. l. 7.* §. *1. C. quod cum eo, qui in al.* e. g. ex versione famulitii, Uxoris, adversus Dominum vel Maritum. (2.) *Cumulari cum Actione de Peculio* in eodem libello, quo casu Judex non ante ad æstimationem peculii transit, quam aut nihil in rem versum esse intelligatur, aut non totum §. *IV. J. h.*

VIII. *Quodsi* ex uno contractu *plures competant Actiones, eligenda est Utilissima*, s. qua quis facillime solidum consequi possit. §. *V. J. h.* Proinde quoties concurrit (1.) Actio quod Jussu, §. 5. I. h.

vel.

vel Institoria vel Exercitoria, cum Actione de Peculio & in Rem Verso, Actionem quod Jussu Institoriam vel Exercitoriam præferri convenit. §. *V. J. h.* (2.) Actio Tributoria cum Actione de Peculio & de in Rem Verso, expedit uti quandoque Tributoria, quandoque de Peculio, quandoque de in rem verso. *d.* §. *V.*

IX. *Actio directa* adversus ipsum Contrahentem conceditur. *a.* §. *8. J. h.* eaque competit etiam adversus Filiumfam. Hic enim, sicut Paterfam. obligatur. *L.39. ff. d. O. & A.* (*b*) *j.* §. *6. J. d.inut.stip.* & convenitur in solidum. *l.44. ff. d. pecul.* Sed durante patria potestate, differtur Executio, quoniam nihil habet in quod ea fieri possit. *l.5. ff. quod cum eo qui in al.* regulariter; secus igitur est si habeat e. g. peculium adventitium irregulare. *a. N. 117. c. 1.*

X. Non tamen efficax est adversus Filiumfam. Actio ex Mutuo ob *SCtum Macedonianum*, idque (1.) *describitur* quod sit Jus a Senatu Romano introductum, efficacem Pecuniæ filiosfam. (idem in filiasfam. nepote nepteve in potestate patris avive existente obtinet) mutuo datæ repe-
§. 7. I. h. titionem denegans. §. *VII. J. h. l. 1. ff. ad SCt. Maced.* Hoc SCtum etiam locum habet si personæ quæ tempore mutui potestati patris subfuerunt, postea sui juris factæ. v. g. emancipatæ sint, ne Parentum vitæ struantur insidiæ §. *VII. J. h. d. l. 1.* (2.) Producit *Exceptionem SCti Macedoniani*, eaque est realis; *l 7.* §. *1. ff. d. except.* perpetua. *a.*

§. *9.*

§. *9. J. d. except. l. 11. ff. ad SCt. Maced.* & datur illi, a quo ex contractu contra SCtum Macedonianum inito. *l. 7. §. 3. ff. eod.* quid petitur, ad excludendam petentis intentionem. *l. 1. l. 9. §. 3. ff. eod.*

XI. Per Interpretationem Prudentum probabiliter vice Actionis adjectitia qualitate auctæ *permissum est etiam Directa ex Contractu Actione uti*, ac si principaliter cum Patre, Domino, Exercitore, Præponente negotium gestum esset. v. g. Condictione ex Mutuo, quando mutuum est Institori datum, loco Actionis institoriæ. *§. VIII. J. h. j. l. 29. ff. d. R. C.* Quæ Actio Directa §. 8. I. h. *hodie* in foro frequentatur.

(*a*) *Filiusfam. ex omnibus causis tanquam paterfamilias obligatur, & ob id agi cum eo tanquam patrefam. potest. L. 39. ff. d. O. & A.*

(*b*) *Qui jussu alterius cum aliquo contrahit, quodammodo cum eo contrahit, qui jubet, dum fidem ejus sequitur. a. L. 1. ff. quod juss. L. 7. §. 1. C. quod cum eo qui in al.*

(*c*) *Qui partem debiti sine protestatione solvit, totum debitum agnoscere videtur. a. L. 4. C. d. non num. pec.*

(*d*) *Certissimum est ex alterius contractu neminem obligari. L. 3. C. ne ux. pro mar.*

(*e*) *Finito officio cessant onera Officii. a. L. f. ff. d. Institor. act.*

TIT.

Tit. VIII.

De Noxalibus Actionibus.

I.

Noxales *Actiones* sunt Actiones personales, adjectitia qualitate auctæ, quæ dantur læsis ex privatis Servorum delictis, adversus Dominos ad solvendam litis æstimationem, vel ad servorum noxæ deditionem. *PR. J. h. l. 1. ff. eod.* Di-
Pr. I. h. viduntur in Civiles & Prætorias. *§. IV. J. h.* &
§. 4. I. h. oriuntur ex privato Servorum delicto s. noxia.
§. 1. I. h. *§. 1. J. h.*

II. Noxales Actiones competunt eum in finem, ut (1.) Servi Dominis ultra ipsorum cor-
§. 2. I. h. pora damnosi non sint. *§. II. J. h. j. l. 133. ff. d. R. J.* (2.) Læsis quodammodo satisfiat per Servorum Noxæ deditionem, nisi forte Servus damnum pecunia data resarciat, quo casu liberta-
§. 3. I. h. tem adipiscitur *§. III. J. h. j. §. 4. J. d. donat.*

III. Dantur Noxales Actiones adversus illos qui Servos in potestate habent, nam noxalis actio
§. 5. I. h. Caput sequitur unde cum capite ambulat *§. V. J. h.* (*a*) Cessat autem, si Servi Dominis Noxiam in-
§. 6. I. h. tulerint, quod ampliatur & limitatur, *§. VI. J. h.* (*b*) *v. Tr. Syn. J. h. Usus hodiernus.* cum liberi hominis conductæ sunt operæ, ex delicto mutuas inter locatorem & conductorem Actiones largitur.

IV. Noxales non conceduntur ex delicto Filiorumfam. adversus Patrem: partim ob præjudi-

cium

cium paternum, quod filium filiamque fam. (hanc quoque pudicitiæ favor) non patitur noxæ dedi. §. *VII. J. b. j. L. 8.* §. *f. ff. quod met. caus.* (*c*) partim ob Actionem ex delicto adversus ipsum filiumfam. competentem. §. *VII. J. b.* Etiam *Usu* moderno ex delicto filiifam. non datur adversus Patrem Actio, ne quidem ad mulctæ solutionem *a. b.* §. *l. 22. C. d. pæn.* juxta legitimæ quantitatem: hæc enim demum post mortem debetur. *a. l. 1.* §. *19. ff. d. coll. l. 8. C. d. Inoffic. testam.* §. 7. I. h.

V. Actionis noxales *bodie* ad Mancipia Turcica applicari queunt, non ad *liberos homines*, quorum conductæ sunt Operæ: Hi enim *quoties delinquunt* (1.) *Extra Officium* Dominus, nisi prohibere potuerit delictum, non tenetur. *a. l. 2. l. 4. ff. b.* Jure *Sax.* tamen residuum Mercedis Arresto affici læsoque ex eo satisfieri potest. LR. *l. 2. a. 32.* (2.) *In officio* Dominus tum demum obstringitur, quando in eligendo vel retinendo ipsorum ministerio illius culpæ reus fit, quam ex natura negotii præstare jubetur. *a. l. 27.* §. *9. ff. ad L. Aquil. l. 11. ff. loc. Conf. Dec. El. 79.*

(*a*) *Omnis noxalis actio caput sequitur.* §. *V. J. b.*

(*b*) *Inter Dominum & servum nulla obligatio nasci potest.* §. *VI. J. b.*

(*c*) *Pro affectu parentes magis in liberis terrentur, quam in semetipsis L. 8.* §. *f. ff. quod met. caus.*

Tit. IX.

Si Quadrupes Pauperiem fecisse dicatur.

I.

Pauperies est damnum sine injuria facientis (s. ab animali irrationali) datum. *PR. J. h. l. 1. §. 3. ff. eod.* Hæc requirit damnum datum
Pr.1.Ih. (1.) ab Animali irrationali alieno. *d. PR. j. §. 6. J. d. noxal. act.* (2.) Proprio motu. *d. PR.* (3.) Contra generis sui naturam; unde cum Animal ferum, (v. g. ursus) nocuit, quod Dominus possidet, non Directa. *PR. J. h.* Utilis tamen de paupe-
§.1.I.h rie Actio locum habet. §. *l. J. h. l. 1. §. 10. 12 ff. h.*

II. Pauperies producit *Actionem de pauperie*, quæ est Civilis (ex Leg. XII. Tabb.) *PR. J. h.* personalis & datur illi, cujus Interest. *l. 2. ff. h.* ejusque hæredibus. *l. 1. §. f. ff. h.* adversus Dominum bruti, quod pauperiem fecit, ad brutum noxæ dedendum vel damni æstimationem præstandam, *PR. J. h. l. 1. ff. eod. Hodie* ea non est abrogata. Evitatur tamen apud *Saxones* per Abactionem Animalis quod nocuit. LR. *l. 2. a. 40.*

III. Cum Actione de pauperie concurrit *Actio Ædilitia*, eaque est Personalis, & datur per damnum ab Animali nocivo (urso, leone, apro) datum læsis adversus eos, qui illud habuerunt in loco, per quem vulgo iter fit, ad hoc ut, si liber homo inde perierit, solidi 200. si nocitum ei sit, quod bonum & æquum judici visum fuerit, da-

mni

mni vero in aliis rebus dati duplum præstetur, §. *1. J. h. l. 42. ff. d. ædil. edict.* In *Saxonia* lædens læso, propter damnum hujusmodi datum, *Emendam* præstare, prætereaque *arbitrariam pœnam* subire tenetur. *a. O. C. a. 136.* cui animadversioni se abigendo animal nocivum subducere nequit per LR. *l. 2. a. 62.*

IV. Est autem *Concursus Actionum*, quando duæ pluresve Actiones eidem Actori adversus eundem Reum de eadem Re, ex eadem Causa competunt. *a. l. 19. ff. d. O. & A.* atq; hic vel Electivus vel Successivus vel Cumulativus. *Electivus*, quo una actione electa, altera uti non licet, sed illa consumitur. *l. 56. §. 1. l. f. ff. d. furt.* *Successivus*, quo, una actione electa, quod per eam obtentum non est, postea per aliam consequimur. *a. l. 5. 7. ff. d. R. J.* ita post Noxæ deditionem damnive æstimationem, utili actione de pauperie impetratam, competit Ædilitia actio, quatenus amplius quid persequitur. *§. 1. J. h. L. 130. ff. d. R. J.* (*a*) *l. 34. §. f. ff. d. O. & A.* *Cumulativus*, quo ex omnibus actionibus concurrentibus licet commodum percipere. *l. 7. §. 1. ff. d. cond. furt. §. 18. J. d. action.*

V. Pauperies pro Affini agnoscit *animalis ad nocendum proclivis retentionem*, quæ est delictum extraordinarium, propter quod Dominus, qui sciens animal ad nocendum proclive retinet (e. g. bovem cornupetam) damno ab eodem dato arbitrarie punitur. *O. C. a. 136.*

 (*a*) *Nun-*

(a) Nunquam actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit L.130. ff. d.R. J.§.I. J.b.

Tit. X.

De iis, per quos agere possumus.

I.

Agere licet in Judicio vel nomine suo, vel alieno. *Jure veteri* alterius nomine agere Pr. I. h. non permittebatur, nisi (1.) pro Populo. *PR.J.h.* per Actorem vel *Syndicum, L. 1. §. 1. ff. quod cujusq; Univ.(a)* qui se legitimat Instrumento Syndicatus, publica videlicet Magistratus, Notarii, fide confecto vel sigillo Universitatis publico singulorumve subscriptione munito. (2.) Pro Libertate. *PR. J. h.* (3.) Pro Tutela. *PR.J.h.* i. e. tutorio nomine pro pupillo. (4.) Lege Hostilia furti nomine pro absentibus Reipubl. causa vel apud Hostes existentibus. *PR. J. h.*

II. *Jure Novo* regulariter *per Procuratorem agere & excipere permittitur. PR. J.h. L. 1. §. 2. ff. d. Procur. (b)* Id vero *limitatur* (1.) *in causis Criminalibus*, quandoquidem in his Jure Civili r. accusatoris & rei procurator non admittitur. *l.13. §.1.ff. d. publ. jud.* nisi forte reo levior relegatione pœna sit imponenda. *l. 1. ff. an per al. caus. appell.* Verum Jure hodierno, cessante inscriptionis vinculo, Procurator pro Accusatore admittitur. *O. C. a. 12.* item pro Reo, quando ad pœnam corporis afflictivam perveniri nequit.

(2.) *In*

(2.) *In Cambialibus* Causis ex Parte Rei Jure *Sax. El.* juxta, das erneuerte und erweiterte Marckt-Rescript. *d. A. 1660. C. S. p. 1103.*

III. *Procurator* autem in genere est, qui aliena negotia mandato Domini administrat. *l. 1. ff. d. Proc.* atque is vel Negotiorum s. *Extrajudicialis*, vel *Litium*, s. *Judicialis*. *§. I. J. h.* & hic ad §. 1. I. h. agendum datus *Procurator*, ad defendendum *Defensor* in lato sensu dici solet, *d. §. l. 12. C. d. Proc.* Procurator Judicialis (cujus & Advocati Officium sæpe *bodie* in unam personam concurrit) constituitur etiam adversario ignorante. *§. I. J. h.* vel *Judicialiter* s. apud acta. *a. §. I. J. h. O. P. S. t. 7.* §. Da auch. Vel *Extrajudicialiter* in primis per Procuratorium s. *Mandatum*, eine Vollmacht, idque dividitur in *Generale*, quo causa in genere alicui committitur. *j. c. 4. d. Proc. 6.* & *Speciale*, quo expeditio negotii nominatam expressionem requirentis committitur. *l. 40. ff. d. proc. c. f. d. Proc. 6. C. 81. d. R. J. 6.* (c) e. g. Instrumenti recognitio, juramenti delatio.

IV. *Mandatum requirit* (1.) Nomen Mandantis & hæredum, *R. J. d. A. 1654. §. 99. Mand. El. d. A. 1655.* Mandatarii, Adversarii & Judicis. (2.) Determinationem Causæ & Actus, quapropter fit Constitutio. *a. l. 65. ff. d. Proc.* (3.) Expressionem loci, Temporis, Anni & diei. fac. *c. f. X. d. Proc. l. 31. §. f. ff. eod.* (4.) Clausulam Rati Jure non Civili. *a. l. 6. ff. d. condict. ind.* sed *Saxonico* & Camerali. fac. *R. J. d. A. 1512.* von

Noi. art. von der Anwalden Satzungen, *§. 1.* (5.) Subscriptionem & Sigilli appositionem secundum *O. P. S. T. 7.* §. Da auch.

V. *Agere licet* in judicio *etiam Tutorio aut*
§. 2. I. h. *Curatorio nomine. §. II. J. b.* cum vero omnes Tutores & Curatores opus habeant Confirmatione per *R. J. d. A. 1577. t. 32. §. 2.* illi per Tutoria item Curatoria, eorumque Actores simul per Actoria se in Judicio legitimant. A qua Confirmatione & obligatione ad Tutorium exhibendum immunis est pater, vi patriæ potestatis in filium competentis judicialiter comparens.

(*a*) *Omnibus licitis Collegiis permissum est habere Actorem s. Syndicum, per quem, quod communiter agi fieriq́; oporteat, agatur vel fiat. L. 1. §. 1. ff. quod cuj. univers.*

(*b*) *Usus Procuratoris perquam necessarius est, ut, qui rebus suis ipsi superesse vel nolunt, vel non possunt, per alios possint vel agere vel conveniri. L. 1. §. 2. ff. d. Procur.*

(*c*) *In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verosimiliter in specie concessurus. C. 81. d. R. J. 6.*

Tit. XI.

De Satisdationibus.

I.

CAutio, der Vorstand, est satisfactio adversarium securum reddens. *l. 1. ff. qui satisd. cog. j. l. 3. C. d. V. & R. S. dividitur in* (1.) *Fidejusso-*

jussoriam, s. satisdationem, & præstatur per fidejussores. *l. 1. ff. qui satisd. cog. l. 7. ff. d. prat. stip.* §. *II. J. b.* (2.) *Pignoratitiam*, quæ pignore dato vel constituta Hypotheca contingit. *l. 59.* §. *f. ff. mand. l. 9.* §. *2. ff. d. pign. act.* Ea *hodie* Satisdationi etiam in cautionibus judicialibus exæquari solet. *a. O. P. S. T. 13.* (3.) *Promissoriam*, eaque est vel *Nuda*, quæ nuda promissione perficitur. *l. 3. C. d. V. & R. S. a.* §. *II. J. b. l. 15. ff. qui satisd. cog.* (*a*) vel *Juratoria*, quæ promissione jurata perficitur. §. *II. J. b.* Hæc cautio præstari solet ab eo, qui fidejussores (& pignora apud nos) invenire nequit. *Auth. Generaliter. C. d. Episc. & Cler. O. P. S. t. 13.* §. Da aber. §. 2. I. h.

II. *Jure veteri* qualis cautio obtinuerit in Judicio Reali & Personali. *PR. &* §. *I. J. b.* explicant de quo *conf. Tr. Syn. Inst. b. t.* *Jure Novo*, *quando litigans comparet*, ipse *Reus cavet* in reali personalique Actione saltem de eo, quod in Judicio usque ad terminum litis permanere velit, vel satisdatione vel promissione nuda aut juratoria. §. *II. J. b.* cujus cautionis rationem habuit extra Saxoniam *F. J. L. M. April. 708.* *Hodie* Reus apud *Saxones* & plerisque aliis in locis non tenetur satisdare. *a. l. 14. ff. d. Offic. Præs.* nisi sit de fuga suspectus, quo casu de Judicio sisti item Judicatum solvi exigitur Cautio. Quomodo Actor Jure Civili cavere teneatur *Auth. Libellum, C. d. lit. contest. & Auth. Generaliter. C. d. Episc. & Cler.* eaque cautio ab usu Pr. §. 1. I. b. §. 2. I. h.

recesserit. *v. d. Tr. Syn. Jure Hodierno* Actor ejusve Procurator cavet de expensis refundendis. *Apud Saxones* quoque *cavendum* (1.) *pro Expensis & Reconventione. O. P. S. t. 13.* a qua Cautione possessores immobilium in Electoralibus Provinciis sitorum sunt immunes. *P. 1. C. El. 5.* (2.) *De Libello non mutando* Reoque adversus eum, qui idem ab ipso ex eadem causa petierit, defendendo *per Guaranda*, der Gewehr, *præstationem* actu corporali. LR. *l. 3. a. 15. P. 1. C. El. 4. j. Ref. Gr. d. A. 1661.* von *Just.* S. *gr. 17. In causa criminali Jure Imperii Accusator* per prædes aut prædia cavet *in crimine certo* se accusationem legitime persecuturum. *O. C. art. 15.* at *in Crimine dubio* quod, si vel in probatione defecerit, vel accusationem ad finem non perduxerit, Expensas refundere, nec non injuriæ omnisque damni illati nomine reo satisfacere, velit. *O. C. a. 12. Jure Saxonico* in causa criminali quoque Cautio pro Reconventione & Expensis nec non Guarandæ præstatio obtinet. Wb. *art. 114.*

III. Quando Actor comparet per *Procuratorem.* Hic *satisdat rem ratam Dominum habiturum.* i. e. a se gesta comprobaturum esse, scilicet *cum* (1.) *saltem Quasi* s. præsumtum *Mandatum habet.* v. g. tanquam persona conjuncta. *l. 35. l. 40. §. f. ff. d. Proc. O. P. S. t. 7. §.* Wir lassen. (2.) *Tutor vel Curator,* una cum pupillo vel minore, *Procuratorem. l. 11. C. d. proc.*

aut

aut sine eo *Actorem* constituit. *d. l.* §. *III. J. b.* §. 3. I. h.
Universitas Syndicum, & cum defectus quidam legitimationis in Procuratorio, Actorio, Syndicatus Instrumento. *a. l. 6.* §. *3. ff. quod cuj. univ.* deprehenditur isti cautioni locus est. *d.* §. *l. 1. C. d. Procur. O. P. S. t. 7.* §. Da auch. Non præstat hanc cautionem Procurator, qui mandato vero & legitimo instructus est. *l. 1. C. d. Proc.* f. id actis insinuatum sit, sive præsens Dominus litis in judicio Procuratoris sui personam confirmaverit. §. *III. J. b. d. l. 1.* idemque *bodie* attendi quotidianus corroborat usus. e. g. Durch eine Gerichtl. Vollmacht in Registraturam redactam. *Jure Civili* ita cavetur per Fidejussores. §. *III. J. b. l. 12. C. d. Proc. j. l. 1. ff. qui satisd. cog. Jure Saxonico* autem etiam admittitur Cautio sub Hypotheca bonorum aut depositio pecuniæ, non tamen juratoria cautio. conf. *P. 1. C. El. 5.*

VI. *Pro Procuratore* suo *Reus* præsens *cavet* (1.) *de Judicato solvendo* in judicio stipulatione solendi, extra judicium sub hypotheca bonorum suorum. §. *IV. J. b.* (2.) *se compariturum* §. 4 I. h.
tempore sententiæ recitandæ dato fidejussore. *d.* §. Describitur autem *Stipulatio de judicato solvendo*, quod sit prætoria verborum obligatio *l. 1.* §. *1. ff. d. præt. stip.* qua Reus præsens, qui per Procuratorem comparet §. *IV. J. b.* vel absentis Rei defensor destitutus Mandato §. *V. J. b.* Actori §. 5. I. h.
datis fidejussoribus. *l. 3.* §. *f. ff. judic. solv.* ab initio

V 5 litis

litis *l. un. C. d. satisd.* cavet judicatum iri solutum. *d. §. IV. V. j. L. 6. ff. judic. solv.* (c) *Hodie in Saxon. El.* Defensor hic pro Reo non admittitur. *O. P. S. t. 7.*

§. 6. I. h. V. *Cautio spectatur Remissive* ad Usum, *in Genere*, Judiciorum. §. *VI. J. h. in Specie*, Urbis Constantinopolitanæ, cujus Observantiam omnes reliquæ in Imperio Civitates sequi jubentur. §. *VII. J. h.* confer. *Rec. Imp. d. A. 1600. v. 15. R. J. d. A. 1654.* §. 137. §. 7. I. h.

(a) *Possessores immobilium rerum satisdare non compelluntur. L. 15. ff. qui satisd. cog.*

(b) *Nemo alienæ litis idoneus defensor sine satisdatione intelligitur. L. 46. §. 2. ff. d. Procur. §. V. I. h.*

(c) *Judicatum solvi stipulatio tres clausulas in unum collatas habet: de re judicata, de re defendenda, de dolo malo. L. 6. ff. judicat. solv.*

Tit. XII.

De Perpetuis & Temporalibus Actionibus, & quæ ad Hæredes & in Hæredes transeunt.

I.

Ratione (1.) *Finis Actiones* sunt *Civiles*, quæ ad privatum interesse, *Criminales*, quæ ad publicam vindictam tendunt, *§. 10. J. d. injur. l. f. ff. d. furtis.* 2) *Originis Actiones* dicuntur *Civiles*, quæ ex aliqua Juris Civilis specie descendunt,

dunt, scilicet ex Lege, Plebiscito, Scto, Principum Constitutione, Responso Prudentum. *PR. J. b.* Pr. I. b. item ex Consuetudine. *a.l.32. §.1.ff.d.legib. Pratoria*, quæ ex Jure Prætorio oriuntur. *d.PR.* Hæ Actiones *Civiles durant* 30. Annos f. sunt perpetuæ (civiliter) *PR. J. b. l.3. C. d. prascr.30. vel 40.* etiam *bodie*. Apud *Saxones* 31. ann. 6. sept. & 3. d. præscribuntur. *a.* LR. *l. 1. a. 29. Pratoria* autem Rei persecutoriæ *durant* 30. annos f. sunt perpetuæ. *L. 35. ff. d. O. & A.* (*a*) *PR. J. b.* e. g. Bonorum possessoria hæreditatis petitio. *PR. J. b.* Pœnales anno præscribuntur. *d. l.35. j. Pr.* e. g. Actio injuriarum æstimatoria. *l. 5. C.d. injur.* (annua enim fuit quoque Prætoris Jurisdictio) excepta Actione furti manifesti in quadruplum. *d. PR.* Annalem hanc Præscriptionem *Usus* quoque attendit, nec apud *Saxones* aliud obtinet, *Actiones Criminales prascribuntur Vicennio. L.12. C. ad L. Corn. d. fals.* (*b*) sive causa per Accusationem sive per Inquisitionem in judicium deducatur, etiam *bodie* apud *Saxones*.

II. Intuitu Transmissionis sunt *Actiones* vel ad Hæredes Transitoriæ vel non Transitoriæ. Transitoriæ aut simpliciter aut secundum quid tales. *Transitoria simpliciter* f. Active & Passive hæredibus & adversus hæredes competunt. *L.152. §.3. ff. d. R. J.* (*c*) Quæ sunt (1.) *Actiones ex Contractibus* vel quasi descendentes. *a. l. 38. ff. d. V. O. l. 12. l. 49. ff. d. O. & A.* etiamsi in iis Dolus præstandus sit. *l. 7. §. 1. ff.* de-

depos. Excepta Actione Depositi Pœnali *mixta* ob depositum miserabile in duplum: ea enim adversus hæredes in simplum saltem indulta est.
§.1. I. h. *§. I. J. h. l. 18. ff. depos.* (2.) *Actiones qualibet Civiles* (non Criminales) ex Delicto post Litem contestatam. *§. I. J. h.* ut Actio injuriarum Æstimatoria, etiam hodie. *O. P. S. t. 6.* §. dieweil aber.

III. Nonnullæ Actiones sunt saltem *Transitoria secundum quid:* Ita transeunt *in Hæredes Actoris* tantum s. Active (1.) *Actiones ex Delictis* ob diminutum Patrimonium (non læsam personam) competentes, ne læsi mors lædenti præbeat impunitatem. *§. I. J. h. nisi* quatenus ex delicto quid ad Hæredes Reorum pervenit, hoc enim iis extorquere licet. *§. I. J. h. l. 16. §. 2. l. 17. ff. quod met. caus. L. un. C. ex del. def.* (*d*) *j. L. 5. ff d. calumn.* (*e*) (2.) *Actiones Reales* & in Rem scriptæ istæ enim hæredi tribuuntur sed non adversus hæredem, qua talem. *l. 55. ff. d. R. V. j. l. 12. §. f. ff. ad exhib.*

IV. *Actiones ad hæredes non transitoria* neque hæredibus neque adversus hæredes competunt. Quales censentur *Actiones ex Delicto ob læsam Personam* (non læsum Patrimonium) s. ad meram Vindictam competentes: ut Actio Injuriarum Æstimatoria. *§. I. J. h. L. 7. C. d. revoc. don.* (*f*) *l. 5. l. 6. ff. d. calumn. l. 24. ff. d. in jus voc. l. 1. 2. 3. C. si reus vel accus.*

V. *Actionum effectus est intentione Actoris probata* condemnatio Rei, *non probata* absolu-

tio

tio ejus. *a. d. 1. ff. d. re jud. l. 4. C. d. edend.* Nihilominus Absolutio etiam tum potest fieri, quando Reus Actori ante sententiam definitivam satisfecit. §. *II. J. b.* id quod ad Crimina graviora : §. 2. I. h. ut publica, non est extendendum, quia Accusatore desistente, Magistratui superest Inquirendi Puniendique licentia. *a. l. 5. §. f. ff. ad L. Jul. d. vi publ. l. 13. ff. d. Offic. praes.*

(*a*) *Actiones Civiles & Pratoria rei persecutoria sunt perpetua, sed pratoria pœnales sunt annales PR. I. b. L. 35. ff. d. O. & A.*

(*b*) *Criminales Accusationes regulariter Vicennio praescribuntur. a. L. 12. C. ad L. Corn. d. fals.*

(*c*) *Actiones ex Contractibus vel quasi descendentes dantur haeredibus & adversus haeredes in solidum. L. 152. §. 3. ff. d. R. J. a. L. 12. L. 49. ff. d. O. & A. §. I. J. b.*

(*d*) *Actiones ex Delictis ob lasum patrimonium compententes dantur haeredibus, sed non adversus haeredes nisi quatenus ad eos quid pervenit. §. I. J. b. L. un. C. ex delict. defunct.*

(*e*) *Turpia lucra haeredibus extorquenda sunt, licet crimina extinguantur. L. 5. f. d. Calumniat.*

(*f*) *Actiones ex Delictis ob lasam personam, s. ad meram vindictam competentes neque dantur haeredibus neque adversus haeredes. §. I. J. b. L. 7. C. d. revoc. Dom.*

TIT.

TIT. XIII.
De Exceptionibus.

I.

Pr. I. h. E*Xceptio stricte sic dicta* est Rei adversus Actorem Defensio. *PR. J. h.* & *improprie talis* dicitur *Exceptio facti* sive *intentionis*. *l. 66. ff. d. judic.* qua actio nullo Jure competens, sed de facto intentata, removetur: ut solutionis *pr. J. quib. mod. toll. obl. l. 107. ff. d. solut. Proprie* vero *Exceptio Juris* s. Actionis est, qua Actio summo Jure competens per exceptionis æquitatem excluditur. *PR. J. h.*

§. 7. I. h. II. *Exceptio dividitur* (1.) a Causa efficiente remota *in Civilem*, quæ descendit ex specie aliqua Juris Civilis. §. *VII. J. h. l. 1. ff. ad SCtum Maced. N. 4. c. 1.* & *Prætoriam*, quæ descendit ex Jure Prætorio *d.* §. *l. 1.* §. *1. ff. d. dol. mal. & met.* (2.) A subjecto inhæsionis *in Realem & Personalem. Realis* est quæ rei cohæret & fidejussoribus omnibusque quorum interest competit. *l. 7.* §. *1. ff. h.* §. *IV. J. d. replicat.* e. g. ex pacto debitoris de non petendo. *d.* §. *j. l. 7.* §. *1. ff. h.* Regulariter Exceptio est Realis. *C. 19. ff h.* (a) *Personalis* est, quæ Personæ cohæret, & ad alios regulariter non transit. *l. 7. ff. h.* ut 1.) Exceptio *Competentiæ*. ut salva relinquantur reo Alimenta. *d. l. 7.* 2.) Exceptio *cessionis Bonorum*, quæ non prodest fidejussori, quia id actum est inter partes, ut fidejussor

dejussor, principali solvendo non existente, solveret. §. *IV. J d. Replic.*

III. *Exceptio dividitur* (3.) ab Accidente 1.) *in Liquidam* in continenti, cujus veritas ilico ex instrumentis indubitatis, partis adversæ Confessione, vel ex Actis, deducitur. *P. 1. C. El. 8. l. 3. §. 13. ff. ad exhib. j. O.P.S. t. 11.* §. Es wäre. *Dec. El. 12.* §. Im Fall. & *Illiquidam* s. Altioris Indaginis, cujus veritas modis probandi tractum temporis requirentibus deducitur. *a. d. l. 3. §. 13.* e. g. per Testes, Jurisjurandi delationem. *d. Dec. El. 12.* §. Im Fall. 2.) *In Temporalem*, quæ per certum temporis spatium conceditur. §. *II. J. h.* § 2. I. h. *l. 14. pr. §. 2. C. d. non num. pec.* & *Perpetuam*, quæ naturaliter (non civiliter. *pr. J. d. perp. & temp. act.*) in perpetuum durat. *a. l. 5. §. f. ff. d. dol. mal. & met. exc.*

IV. *Exceptio dividitur* (4.) Ab Effectu *in Peremtoriam.* Zerstörliche Schutz-Rede, & *Dilatoriam*, §. *VIII. J. h. Peremtoria* est, quæ actionem perimit s. extinguit. §. *IX. J. h.* Hac probata Reus ab Actione absolvi debet. *a. l. 22. ff. h.* D. *P. S. T. 11.* §. nachdem. § 8. I. h.

V. *Exceptio Peremtoria* esse censetur (1.) *exceptio Metus*, quæ est realis *l. 7. §. 1. ff. d. except.* peremtoria. *§. 9. J. h.* perpetua, in rem scripta, *l. 4. §. 33. ff. d. dol. mal. & met. except.* & datur justo metu compulso. *l. 9. §. 3. ff. quod met. caus.* eive cujus interest adversus quemvis ex metu constituta obligatione agentem. *l. 4.*

§. 33.

§.33.ff. d. dol. mal. & met. exc. ad excludendam
§. 1. I. h. ejus intentionem. *§. I. J. b.* Atque hæc Usu moderno frequenter usurpatur. (2.) *Exceptio Doli* (*specialis* scilicet) quæ est realis, perpetua. *§.9.*
§. 9. I. h. *J. h.* & datur per dolum malum decepto. *l. 1. §. 2. ff. d. dol. mal. & met. exc.* contra eum, qui quid ex negotio valido. *l. 36. ff. d. V. O.* in quo dolum admisit, postulat ejusque successorem ex causa lucrativa. *l. 4. 27. ff. d. dol. mal. & met. exc.* ad excludendam ejus intentionem. *l. 1. §. 1. ff. eod. §. I. J. b.* Ab hac diversa est *Exceptio doli generalis*, ea enim est realis, & datur illi, a quo contra æquitatem quid petitur. *L. 2. §. 5. L. 12. ff. d. t.* (*b*) adversus Petitorem, qui sciens iniquum petit, ad intentionem ejus excludendam. *l. 2. §. 3. ff. eod. §. 30. J. d. R. D.* (3.) *Exceptio in Factum ex Errore*, quæ datur illi, qui per Errorem aliquid, ac si deberet, validé promisit. *j. l. 9. ff. d. contrab. emt.* contra id exigentem, ad excludendam ejus intentionem. *§. I. J. b.* (4.) *Exceptio non numeratæ pecuniæ. §. II. J. b.* de qua actum est ad *§. un. J. d. literar. Obligat. L. 3. T. 22.*

VI. Exceptio Peremtoria est (5.) *Exceptio Pacti de Non Petendo*, quæ datur illi, qui pactus est de non petendo adversus petentem contra datam pacto fidem, ad excludendam ejus intentionem.
§. 3. I. h. *§. III. J. b. j. §. 9. J. b. bodie* ea dici potest Exceptio Facti. (6.) *Exceptio Jurisjurandi*, quæ est realis. *l. 7. §. 1. ff. d. except. l. 7. ff. d. jurej.* & datur illi, qui Juravit eique cujus interest. *l. 1. §. 2. ff.*

ff.quar.rer.act.non dat. adversus eum, qui Juramentum extra Judicium detulit,ejusq; successores,etiam singulares. *l.7.l.8.ff. d.jurej.* ad excludendam ejus intentionem. *l.28.* §.*4.ff.eod.* §.*IV.* §.4. I.h.
J.b.Hodie ea Exceptio infrequens,non abrogata est. (7.) *Exceptio Rei Judicatæ*, quæ est realis. *l.7.§.1.ff.d.except.* & datur Reo in judicio absoluto per validam sententiam,quæ in rem judicatam transiit. *a.L.25.ff.d.stat.hom.L.207.ff.d.R.J.* (*c*) adversus Eundem Actorem Eandem Rem ex Eadem Causa petentem, ad excludendam illius intentionem. §.*V.J.b.l.1.l.3.l.12.* §5. I.h.
l.14.ff.d.except.rei jud.j.O.P.S.T.11. §.Es wären. De reliquis Exceptionibns agitur in Pandectis. §.*VI.J.b.* §.6. I.h.

VII. *Jure* hodierno *Imperii in primo Termino* Omnes *Exceptiones Peremtoriæ proponendæ* sunt sub pœna præclusionis. *R.J.d.A.1654.§.37.* & isto Jure, nec non *Sax. El. omnes Litis contestationi annectendæ* veniunt *O.P.S.T.11.* §. Was aber. *it.* §. Es soll aber. *Probandæ* sunt *Exceptiones Peremtoriæ* ab Allegante *l.1.ff.b.* post litis contestationem statim, si Reus confiteatur Actionis intentionem & Exceptionem urgeat. *l.9.C.d.Except.* plerumque vero IntentioneActoris probata, in Reprobatione & Remonstratione, dem Gegenbeweise oder Gegenbescheinigung.

VIII.*ExceptioDilatoria*, Verzügliche Schutz-Rede est, quæ temporis dilationem tribuit. §.*X.* §.10. I.h.
*J.b.*Hæc paritRei absolutionem ab instantia cita-

 tio-

tionis e. g. ob Exceptionem Fori declinatoriam, *O.P.S.T.11.* §. Wann nun. Exceptio Dilatoria est talis vel ratione Causæ vel ratione Processus. *Ratione Causæ* f. Dilatoria Solutionis, est *Exceptio Pacti de non petendo intra quinquennium.* §. *X. J. b.* de Pœna plus petitionis tempore dictum est a §. 33. 34. *J. d. act.* *Exceptio Dilatoria Processus respicit* vel 1.) *Personas*: ut *Exceptio inhabilitatis*, quæ opponitur Procuratori; veluti cum Procuratoris

§. 11. I. h. munere in Judicio fungi vult (1.) *Fœmina.* §. *XI. J. b. L. 18. C. d. Proc.* (*d*) (2.) *Miles*: hic enim ne a militia abstrahatur. *a. l. 31. C. loc.* nec pro Patre, nec pro Matre, nec pro Uxore, nec vi Rescripti Principis, Procurator esse potest. *d. l. 7.* §. *XI. J. b.* sed per Exceptionem Inhabilitatis repellitur. *l. 13. C. d. proc.* idque observandum esse etiam *bodie* putant. *Attamen* Miles Procurator in rem suam (ut cessionarius actionis) esse haud prohibetur. *d.* §. *l. 9. C. d. Proc.* (3.) *infamis* quando infamia §. *XI. J. b.* in continenti Liqvida est fac. *can. infames. III. q. 7. bodieque* infames ad Procuratoris officium neque in Camera. *a. Ord. Cam. Part. I. t. 18.* neque in aliis Judiciis admitti solent. 2.) *Modum Procedendi* respicit *Exceptio*, Dilatoria *non communicati ineptive Libelli, nondum præstitæ satisdationis pro Reconventione & Expensis*, item *Guaranda apud Saxones.*

IX. *Exceptio Dilatoria opponitur & probatur* ante Litis contestationem. *l. 12. 13. C. b. Jure Imperii*

perii in primo Termino omnes Dilatoriæ Exceptiones, sub pœna præclusionis sunt opponendæ. *R. J. d. A. 1654. §. 37. 38. & Jure Sax. El. O. P S. T. 11. pr.* annectenda eventualis Litis contestatio, ita ut, ea prætermissa, Reus condemnetur in Expensas. *d. t.* §. Es hätte. §. Es wären.

(*a*) *Omnes Exceptiones (modo non sint personales) quæ reo competunt, fidejussori quoq; invito etiam reo, competunt. L. 19. ff. h.*

(*b*) *Dolo facit, quicunq; sciens id, quod quaqua exceptione elidi potest, petit. L. 2. §. 5. L. 12. ff. d. dol. mal. & met. exc.*

(*c*) *Res judicata pro veritate accipitur. L. 207. ff. d. R. J. L. 25. ff. d. stat. hom.*

(*d*) *Alienam suscipere defensionem virile est officium. L. 18. C. d. Proc.*

Tit. XIV.

De Replicationibus.

I.

Replicatio est Allegatio Juris, per quam Rei Actorisve Intentio, prima facie justa, excludutur *l. 2. pr. §. 1. 2. 3. ff. d. Except. PR. §. I. II. III. J. h.* Pr. I. h. *Ea complectitur* Exceptionem stricte sic dictam, qua Actio, Replicationem, qua Exceptio. *PR. J. h.* Duplicationem, qua Replicatio, *§. I. J. h.* §. 1. I. h. Triplicationem, qua Duplicatio. *§. II. J. h.* Quadruplicationem, qua Triplicatio evertitur; imo §. 2. I. h. varietas negotii quandoque multiplicari nomina jubet. *§. III. J. h. l. 2. §. 3. ff. d. except.* §. 3. I. h.

§. 4. I. h. *de* §. *IV. J. b.* commemorata *at. t. prac. N. 2.*

II. *Exceptiones tractantur Jure Imperii Camerali* ita ut in Dilatoriis ultra Duplicam *Ord. Cam. P. 3. t. 26.* §. *3.* in Peremtoriis ultra Triplicam non liceat procedere. *Ord. Cam. P. 3. t. 29.* §. *f.* Judicis tamen Arbitrio Positiones restringi & ampliari queunt. *Ord. Cam. P. 3. t. 38. Jure Sax. El.* super Exceptionibus proceditur *ante Litis contestationem Viva Voce* per tria Producta, drey Wechsel-Sätze. *P. 1. C. El. 1. Post Litem contestatam in scriptis*, & quidem deduci solet illius Justitia 1.) *nondum publicatis Attestationibus*, quoties hoc a Judice in specie impetratum fuerit, per Duas Positiones Alternas, quarum singulis 4. hebdomadæ sunt definitæ. *P. 1. C. El. 9.* 2.) *publicatis Attestationibus* per Alterna Duo Producta, Exceptionem, Replicam, Duplicam, Triplicam, quorum singulæ intra 6. hebdomadas sunt exhibendæ. *P. 1. C. El. 18. j. O. P. S. t. 29.* §. Wann aber.

TIT. XV.
De Interdictis.

I.

Pr. I. h. INterdicta *Jure* erant *Veteri* formæ ac conceptiones Verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat. *PR. J. h. Jure Novo* sunt Actiones. *l. f. C. h.* non famosæ. *L. 13. ff. d. vi & vi arm.* (*a*) quæ maxime. *PR. J. h. l. 2.* §. *2. ff. h. l. 5.* §. *13. ff. d. itin. act. priv. l. 1.* §. *38. ff.*

ff. d. aqv. quot. & æstiv. de Poſſeſſione & Quaſi poſſeſſione competunt. *PR. J. b.*

II. *Interdicta* dividuntur (1.) A forma inProhibitoria, Reſtitutoria & Exhibitoria. *Prohibitoria* ſunt quibus fieri quid prohibetur. §. *I.* *J. b.* Hæc in ſpecie *Interdicta ab Interdicendo appellantur*, cum in genere etiam reſtitutoria & exhibitoria recte nominentur interdicta, quia inter duos (actorem & reum) dicuntur. *d.* §. *1.* §. 1. I. h.

III. *Prohibitorium* eſt Interdictum 1.) *Uti Poſſidetis*, quo ſe defendit rem immobilem ſine vitio poſſidens. §. *I. J. b. l. 1. pr. &* §. *f. ff. uti poſſid.* de quo plura ad §. *4. J. b.* dicentur. 2.) *De Mortuo Inferendo*, quod competit illi, qui prohibetur Mortuum inferre in eum locum, in quem adverſario invito Jus inferendi habet, ad hoc ne prohibeatur. §. *I. J. b. l. 1. ff. d. mort. infer. Utiliter* id applicari poteſt ad eos, qui, via ad cœmeterium per inundationem ſimilemve caſum impedita, per agros aut prata vicina transire prohibentur. *a. l. 1.* §. *1. ff. b.* aut ſepulcro hæreditario inferre mortuum vetantur. *a. d. l. 1.* §. *1.* 3.) *Ne quid in Loco Sacro fiat*, quod eſt prohibitorium. §. *I. J. b.* item reſtitutorium. *l. 2.* §. *19. ff. ne quid in loc. publ.* competens cuivis ex Populo. *a. l. 10. C. d. Epiſc. & Cler. j. l. 2.* §. *2. ff. d. t.* Maxime Locorum Sacrorum Sanctorumve Curatoribus. *l. 1.* §. *3. ff. ne quid in loc. ſacro.* adverſus eum, qui quid in Loco Sacro vel Sancto deformitatis, damni vel incommodi cauſa facit

fecitve. *l. 1.* §. *2. ff. eod.* ad hoc ut facere desinat. *l. 1. ff. eod.* item factum restituat. *l. 2.* §. *19. ff. ne quid in loc. publ.* Illud *hodie utiliter* adhibetur adversus eos, qui quid in Muris item Ecclesiis. e. g. subsellia cum deformitate vel incommodo, exstruunt. 4.) *Ne quid in Flumine publico Ripave ejus fiat*, quod competit cuivis ex populo. *a. l. 1. ff. d. loc. & itin. publ.* adversus eum, qui Navigationem aut iter navis deterius reddere vult, ad hoc ne id faciat. §. *I. J. h. l. 1. pr. ff. d. flum. Hodie* illud applicare licebit etiam ad eos, qui iter pedestre deterius reddunt. *l. 1.* §. *14. ff. eod.* quando navis per boves, equos, homines trahitur.

IV. *Interdicta Restitutoria* sunt, quibus restitui quid jubetur. §. *I. J. h.* veluti (1.) Interdictum quorum bonorum. *d.* §. de quo §. *3.* (2.) Unde vi. *d.* §. *I.* de quo §. *6.* dicetur.

V. *Interdicta Exhibitoria* sunt, quibus quid exhiberi jubetur. §. *I. J. h.* v. g. 1.) *Interdictum de Libero Homine Exhibendo.* §. *I. J. h.* quod est perpetuum. *l. 3.* §. *f. ff. d. hom. lib. exhib.* & datur cuivis ex populo. *l. 3.* §. *9. ff. eod.* adversus eum, qui Liberum hominem invitum aut persuasum. *l. 3.* §. *4. ff. eod.* dolo malo sine justa causa retinet, *d. l. 3.* §. *2. 4.* ad hoc ut in continenti exhibeatur. *l. 4.* §. *2. ff. eod. Hodie* illud in usu adhuc est. Exemplum incidit *in F. J. L. M. Mart. A. 701.* ad *consult. C. H.* 2.) *Interdictum de Liberto Exhibendo*, quod datur Patrono adversus eum, qui

qui Libertum ejus detinet, cui ipse operas indicere vult, ad hoc, ut exhibeatur. §. *I. J. h. Utiliter* illud applicare licebit ad eos, qui rusticos nostros detinent ad operas obligatos, ne impediatur operarum præstatio. 3.) *Interdictum de Liberis Exhibendis*. §. *I. J. h.* quod competit Patri, qui liberos in potestate habet. *l. 1. §. 14. ff. d. lib. exhib.* adversus quosvis eos invitos detinentes. *l. f. ff. eod.* ad hoc, ut illos exhibeant. *l. 1. ff. eod. Utiliter* id applicatur ad Maritum qui Uxoris, *l. 2. ff. eod.* Abbatem qui Monachi exhibitionem postulat.

VI. Interdicta dividuntur (2.) a Fine in ea, quæ sunt Possessionis Adipiscendæ, Retinendæ & Recuperandæ. *Interdicta Adipiscendæ Possessionis* tendunt ad Possessionem, quam nunquam habuimus, adipiscendam. §. *II. III. J. h.* §. 2. 3. I. h. utputa 1.) *Interdictum quorum Bonorum*, quo Bonorum possessor Judicem implorat adversus eum, qui Bona Hæreditaria Corporalia. *l. 2. ff. quor. bon.* possidet pro Hærede (putans se hæredem esse) vel pro Possessore (sciens rem hæreditariam vel hæreditatem ad se non pertinere) ad eorum possessionem consequendam. §. *III. J. h. l. 1. pr. §. 1. ff. quor. bon.* Hoc suum *hodie* præstat usum ob facultatem adipiscendi possessionem Summario Processu. *a. l. 24. ff. d. R. V. l. f. C. d. Interd.* & *Utile* Interdictum institui potest ab hæredibus. *l. 1. C. quor. bon.* idemque ad Consequendas res incorporales corporalibus in-

 hæ-

hærentes conceditur. e. g. Jurisdictionem, Jus Patronatus, Piscandi, Venandi. *a. l. 8. §. 5. ff. si serv. vind. l. 1. §. 4. ff. d. vi & vi arm.* 2.) *Interdictum Salvianum*, quod competit Locatori Prædii Rustici adversus Colonum, ad Possessionem rerum, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras expresse pepigit, consequendam.

§. 3. I. h. §. *III. J. h. l. 1. ff. d. Salv. interd. Utilis Actio in factum* ex hoc interdicto conceditur (1.) Cuivis Creditori Hypothecario. *l. 1. C. d. precar.* (2.) Adversus tertium Possessorem ab oppignorante causam habentem. *d. l. 1. C. l. 1. ff. d. Salv. interd.* etiam *bodie.*

VI. *Interdicta Retinendæ Possessionis* tendunt ad possessionem, quam habemus, retinendam.

§. 4. I. h. §. *IV. J. h.* Est autem Possessionis Quæstio prius, quam Proprietatis, decidenda. §. *IV. J. h. L. 3. C. d. interd.* (*b*) Maxime cum de Retinenda Possessione agitur, ut intelligatur, quis in petitorio pro Actore s. Petitore & quis pro Reo sive Possessore agnosci debeat, adeoque actore non probante, tanquam reus, absolvendus sit. §. *IV. J. h. L. 4. C. edend.* (*c*) *conf. Dec. El. 13.* Retinendæ possessionis est 1.) *Interdictum Uti possidetis*, quod est prohibitorium, retinendæ possessionis, & datur turbato in possessione rei immobilis. *l. 1. §. 6. 8. ff. uti possid.* adversus turbatorem ad possessionem defendendam. *l. 1. pr. §. 1. ff. eod.* §. *IV. J. h.* Hoc *parit Actionem in Factum*, quæ est realis. *a. l. 1. §. 4. ff. uti possid.* annalis. *l. 1. ff. eod.*

duplex

duplex. §. *VII. J. h.* & competit in Possessione Rei Immobilis Constituto (tempore litis contestatæ, ita ut nec vi, nec clam, nec precario possideat ab adversario. §. *IV. J. h. L. 1.* §. *f. ff. uti possid.* (*d*) adversus Turbatorem ad hoc, ut possessor declaretur. *l. 1.* §. *4. l. 3. ff. eod.* turbatorque ad interesse præstandum. *l. 3.* §. *f. ff. eod.* cavendumque de non amplius turbando condemnetur. *fac. l. un. C. eod. j. c. 9. X. d. prob.* Dividitur in *Directam*, quæ in Rebus Immobilibus proprie talibus, & *Utilem*, quæ in Juribus ad immobilia referri solitis obtinet. e. g. Venatione, Annuo reditu, Jurisdictione. *a. l. 8.* §. *5. ff. si serv. vind.* 2.) *Interdictum Utrubi*, quod est prohibitorium, retinendæ possessionis, & competit ei, qui Rem Mobilem, nec vi, nec clam, nec precario ab adversario tempore litis contestatæ (olim majore parte ejus anni) possidet contra Turbatorem ad possessionem ejus defendendam. §. *IV. J. h. j. l. un. ff. Utrubi.*

VIII. *Possessio late sic dicta* est Detentio Rei, sive suo, sive Alieno nomine quis possideat. *a. l. 9. ff. d. R. V.* quorum ille Possessor, hic Nudus Detentor, sive esse in possessione, dicitur: ut colonus, depositarius, commodatarius. §. *V. J. h.* §. 5. I. h. *Possessio stricte sic dicta* est, qua quis suo nomine, & cum intentione sibi habendi quid tenet. *l. 2. C. d. præscr. 30. l. 40. ann. l. 1.* §. *3. 20. ff. d. acqu. vel am. poss.* *Possessio dividitur* 1.) *a Forma* s. Intentione *Possidendi* in *Civilem*, qua quis rem

Intentione s. affectione Domini. *l. 10. C. d. acquir. & ret. poss.* & *Naturalem*, qua quis rem sine affectione domini, sed cum Intentione habendi sibi Aliud Jus in Re, possidet. *l. 13. §. 1. ff. d. publ. in rem act.* 2.) *a Modo Possidendi* in Civilem & Naturalem, *Civilis* est, qua quis rem solo animo possidet. *l. 10. C. d. acquir. & ret. poss.* Solo enim animo retineri potest, sed non acquiri possessio. *§. V. J. h. j. L. 8. ff. d. acquir. vel amitt. poss.* (e) etiam *bodie. Naturalis* est, qua quis rem Corpore possidet. *d. l. 10.*

VIII. *Interdicta Recuperandæ possessionis* ad possessionem, quam amisimus, recuperandam
§. 6. I. h. competunt. *§. VI. J. h.* Ut *Interdictum Unde Vi*, quod est restitutorium, recuperandæ possessionis, & datur Vi de Possessione Rei immobilis Dejecto. *l. 1. §. 3. 4. 5. 6. 45. ff. d. vi & vi arm.* adversus Dejicientem ad Possessionem rei spoliatæ recuperandam. *§. VI. J. h.* Hoc etiam illi, qui a dejiciente vi, clam vel precario possedit, concessum. *§. VI. J. h. C. 5. X. d. restit. spol.* (f) ita *pron. F. J. L. M. Aug. 705.* & *parit Actionem in factum*, eaque est personalis, annalis. *l. 1. ff. d. vi & vi arm.* spoliato competens adversus spoliantem ad Possessionem rei immobilis cum omni causa & interesse recuperandam. *l. 1. §. 31. 40. 41. ff. eod.* & *Utiliter* ad Jus Patronatus, Decimarum, Superioritatis Territorialis &c. applicatur. *a. l. 3. §. 17. ff. eod.* Præter Civilem hanc Actionem locum habet *Accusatio de Vi Publica*, quando, Armis late

sic

sic dictis, quis de possessione dejectus est, *de Vi Privata* vero, quando levior violentia (ut sine armis) adhibita est. §. *VI. J. h.* de qua dicetur ad §. *8. J. d. publ. jud. Pro affini agnoscit* (1.) *Condictionem ex L. 7. C. und. vi. vid.* §. *1. J. d. vi bon. rapt.* §. *VI. J. h.* de qua in superioribus actum. (2.) *Condictionem ex c. Redintegranda III. q. I.* quæ est actio personalis, perpetua, competens ei, qui sine causa a Possessione cujuscunque rei recessit, adversus Detentorem ad rem restituendam omniaque redintegranda. Hujus frequens *bodie* est Usus.

IX. *Interdicta* dividuntur (3.) a Subjecto in Simplicia & Duplicia. *Simplicia* sunt, in quibus Alius Actor, Alius Reus est. *Duplicia* sunt, in quibus Uterq; Actor & Reus est. v. g. Prohibitorium Uti possidetis & Utrubi Interdictum, §. *VII. J. h.* §. 7. I. h. nisi alter tempore prior sit in Provocatione ad Judicem. *l. 13. ff. d. Judic.* aut, cum eodem tempore Judex aditus est, *Jure Civili* sorte. *l. 14. ff. eod. Saxonico* arbitrio Judicis LR. *l. 1. a. 61.* Actor sit declaratus, qui probare tenetur Adversarii turbationem & suam possessionem. §. *4. J. h. j. L. 4. C. d. edend.*

X. *Interdicta in Judicium deducuntur* Jure Civili Veteri per Aditionem Prætoris, qui inter Litigantes controversiam de possessione expediebat. *Jure Novo per Actionem in factum* ex interdictis descendentem, in qua coram ipso Magistratu, citra dationem Judicis pedanei, proceditur.

§. 8. I. h. tur. §. *VIII. J. b. l. f. C. b. j. Pr. J. b. L. 2. C. de pedan. jud.*

XI. *Interdicta Jure Hodierno* plerumque *tractantur* vel *per Modum* 1.) *Actionis in factum Utilis* qua Summario Processu contenditur v. g. in momentaneo Possessorio, ut appareat, quis in possessione sit defendendus. *fac.* §. *VIII. J. b. Dec. El. 1.* Hæc apud nos in Judiciis Inferioribus & Superioribus frequentatur. 2.) *Inhibitionis*, quæ est Præceptum Pœnale legitime decretum, quo Magistratus competens imploratus Possessionis Momentaneæ Turbatorem a Turbatione desistere, inserta Clausula Justificatoria, jubet. *Ref. Gr. d. A. 1609. gr. 9. C. S. p. 582.* Hæc in Curiis Saxonicis Provincialibus decernitur, denegata Inferioribus Judiciis per eam Procedendi licentia.

XII. *Inhibitioni Affine* est 1.) In Camera *Mandatum cum Clausula*, scil. Justificatoria, quo fieri quid sub pœna jubetur, parti tamen, contra quam emanat, potestas relinquitur causas non factæ paritionis judicialiter deducendi. *Mandatum sine Clausula* est, in quo Clausula Justificatoria omittitur, & paritio sub pœna executionis præcise imperatur. *Ord. Cam. P. 2. t. 23.* 2.) In Judiciis vulgo receptum *Mandatum*, quo Judex aliquid fieri jubet prohibetve, e. g. Commissoriale. Atque hoc est vel *simplex*, & simpliciter sine expressione pœnæ fit vel *Pœnale*, item *Arctius*, quod cum pœnæ dictatione, vel dictatæ augmen-

gmento, emanat. *R. J. d. A.1654. §. 76.* D. H. G. D. *t. Pan.* des säumigen *Commissarien, C. S. p. 133.*

(*a*) *Actiones ex interdictis non sunt famosæ. a. L. 13. ff. d. vi & vi arm.*

(*b*) *Orta proprietatis & possessionis lite, prius possessionis quæstio decidenda est. L. 3, C. d. interdict.*

(*c*) *Actore non probante reus, etiamsi nihil probaverit, absolvitur. a. L. 4. C. d. edend.*

(*d*) *Injusta possessio non adversus eum, a quo quis vi, clam vel precario possidet, sed adversus tertium prodest. L. 1. §. f. ff. uti possid.*

(*e*) *Quemadmodum nulla possessio acquiri nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur nisi in qua utrumque in contrarium actum est. L. 8. ff. d. acquir. vel am. poss.*

(*f*) *Spoliatus ante omnia est restituendus. a. C. 5. X. d. restitut. spol.*

TIT. XVI.

De Pœna Temere Litigantium.

I.

Coërcentur *Litigantes* temere (1.) *Juramento Calumniæ Generali*, quod est Jusjurandum a Litigantibus præstandum de causa sincere & bona fide suscepta ac prosequenda. *§. 1. J. b. l. 2. §. 1. I. b. C. d. jurej. propt. calumn.* Hoc receptum est *Jure Civili. d. l. Canonico. c. f. X. d. juram. calum.* & *Camera-*

merali. R.J. d.A.1654. §.43. non Saxonico. O.P.S. T.33. j. tamen Dec. El. 70. §. befehlen. Exigitur autem in singulis causis a Reo & Actore eorumque Advocatis. §. *I.J.b. l.2. pr.* §. *4. C. d. jurej. propter calumn.* & Procuratoribus. *d.R.J.* §. *43.* Huic affine est *Juramentum Calumniæ Speciale* s. Malitiæ, der Eyd der Boßheit, quo quis asseverat se id, quod proposuit vel petiit, non malitiose proposuisse vel petiisse. *O. Cam. P.1. t.74. l.34. §.4. ff. d. jurej. Dec. El.70.*

II. *Coërcentur* temere litigantes (2.) *Pœna Pe-*
Pr. I.b. *cuniaria, PR.J.b.* siquidem *datur Actio in Amplius* quam simplum, vel *ex post Facto.* e. g. ob Inficiationem Actio Legis Aquiliæ, item ex Testamento mixta. §. *I. J. b. vel ab Initio:* ut Actio furti *d.*§. de quibus actum est ad §. *23. seqq. J. d. act.* Cæterum *Condemnatio in Expensas*, tanquam temerariæ litis pœna, Jure Civili. *PR. J. b. l.79. ff. d. judic. L.13.* §. *6. C. eod* (*a*) & *Hodierno frequentissime obtinet*, nisi quis probabilem litigandi caussam habuerit, tum enim compensantur. *N. 82. c. 10.*

III. Temere litigantes *coërcentur metu* (3.) *Infamiæ*, quæ describitur, quod sit Macula ex illicito & turpi facto contracta, propter quam personæ existimatio apud alios læditur. *l. 20. C. ex. quib. caus. infam. l. 5.* §. *1. ff. de extraord. cogn.* Dividitur infamia in *Infamiam Juris*, & auctoritate juris constituitur. *l.1. ff. d. his qui not. infam. Infamiam Facti*, & turpitudine facti contrahitur. *l.5.* §. *1. ff. d.*

ff. d. extraord. cognl. 2. ff d par. & patron. l. 13. C. ex. quib. caus. infam. pro Affini ea agnoscit *Levis Notæ Maculam* vilitatem inducentem *l. 27. C. d. inoffic. testam.* sive ob vilitatem generis vitæ & morum. *a. l. 11. §. 1. ff. d. dol. mal.* sive ob factum alienum turpe. *L. 6. ff. d. Decur. (b) j. l. 3. §. 2. ff. eod.*

IV. *Infamia contrahitur* (1.) *Condemnatione ex* 1) *Delicto* Furti Vi Bonorum Raptorum, Doli & Injuriæ. *§. II. J. h. Mores* autem Germaniæ ad infamiæ evitationem propendere, in superioribus adductum. 2.) *Contractu ob Dolum* in Actione Directa Tutelæ, Mandati, Depositi, pro Socio (hæc utrinque directa est) in Actione Contraria condemnatus non fit infamis, quatenus, de indemnitate, non perfidia, agitur. *§. II. J. h. l. 6. §. f. j. l. 6. §. 5 ff. d. his qui not. infam.* (2.) *Transactione* Partis spontanea in Del ctis supra recensitis. *§. II. J. h.* ea enim confessionis instar est. *l. 4. §. f. 1. 5. ff. d. t.* Unde tutissimum ad evitandam infamiam, si autoritat Magistratus transigatur. *l. 6. §. 3. ff. d. t.* etiam *hodie.* §. 2. I. h.

V. Facta in Jus Vocatione non Impetrata, cum impetrari debuit, Venia, locum habet *Actio de in Jus Vocando*, quæ est Prætoria, personalis, annalis, competens in Jus Vocato, qui non nisi impetrata venia in Jus vocari debuisset (ut Parentibus & Patronis item Parentibus liberisque Patronorum & Patronarum. *§ III. J. h.*) adversus Vocantem. *l. 24. ff. d. in Jus voc.* ad §. 3. I. h.

pœ-

pœnam 50.solidorum solvendam. §. *III. J.h.Usum* Modernum retuli ad §. 12. *J. d. act. Est* autem *in Jus Vocatio* Denunciatio adversario facta, ut ipse juris experiundi causa se coram Magistratu sisteret. *l.2.§.1.ff. si quis in jus voc. non ier.* eaque a Privatis quandoque non sine violentia fiebat. *a. l.5. §.1.ff. qui satisd. cog. l.18.ff.d. in jus voc.* & erat Constituendi non constituti Judicii Principium. §. *III. J. h. j. L. 1. C. d. lit. contest.*

VI. *Citatio* est Legitima personæ ad Judicem publica auctoritate facta vocatio. *l. 7. ff. d. in integr. rest. j. l. 68. ff. d. jud. eaq;* vel (1.) Realis vel Verbalis. *Realis* Personæ Apprehensione perficitur. *a. l. 1. ff. d. custod. & exhib. reor.* e. g. in Criminalibus. *d. l. j. O.C. a.11. Verbalis* fit vel *Publice* per Præconem, *fac. c. f. X. qui matrim. accus.* Edictum Publicum. *Clem. 1. d. judic.* (c) *Ref. Gr. d. A. 1653. 57. t.* von *Justit.* S. §. 10. vel *Privatim* in faciem, vel ad domum *a. l. 4. §. 5. 6. ff. d. damn. inf.* habitationis, vel (2.) *Immediata*, quæ fit sine alterius Judicis subsidio, vel *Mediata* s. Subsidiaria, quæ fit Mediante alterius Judicis subsidio. *a. l. f. ff. d. jurisd.* vel (3.) *Dilatoria*, quæ ulteriorem dilationem haud denegat, vel *Peremtoria*, quæ Præcisam Comparitionem mandat: veluti per verb. peremtorie aut æquipollentem formulam. *l. 71. ff. d. jud.*

(*a*) *In pecuniariis causis victus victori in expensas condemnandus est, nisi habuerit probabilem liti-*

gandi

gandi causam. L. 13. §. 6. C. d. judic. j. Authent. Post jusjurandum. C. eod.

(*b*) *Nati ex illicito concubitu nihil admiserunt, sed Parentes ipsorum. L. 6. ff. d. Decurion.*

(*c*) *Quoties propter ejus, qui citandus est, latitationem aliamve causam privata citatio inutilis futura, publica adhibenda est. Clem.1. d. judic.*

Tit. XVII.
De Officio Judicis.

I.

Judex est Persona, quæ Autoritate Publica causas cognoscit & definit. *a. l. 1. ff. ad L. Jul. amb. j. l. 1. ff. d. re jud. Judicis Competentia* æstimatur ex 1.) *Jurisdictione* in causa controversa *Competente. l. 5. C. jurisd. omn. jud.* 2.) *Foro Rei. L. 2. C. d. t.* (*a*) idque est vel *Generale* s. *Domicilii. l. 19. §. f. ff. d. jud. l. f. C. ubi in rem act.* vel *Speciale*, quod ipsa sortitur (1.) *ex Loco Contractus L. 21. ff. d. O. & A. l. 3. ff. d. reb. auct. jud. possid.* (2) *Ex Loco Delicti l. 1. C. ubi de Crimin.* (3.) Ex *Loco Rei Sitæ. l. f. C. ubi in rem. act.* (4.) *Ex Connexitate, Causæ. l. 10. C. d. jud.* (5.) *Ex Prorogata Jurisdictione: L. 14. ff. d. jurisd.* (*b*) *l. 4. C. eod.*

II. *Officium Judicis* comprehendit id, quod Judex, tanquam Judex, facere debet, *scilicet* 1. Causæ Cognitionem. 2. Sententiæ Pronunciationem &, si opus sit, Executionem. Itaque is Judicet secundum Leges & Mores. *PR. J. h.* Pr. I. h.

quod si enim *Sententia lata* sit *contra Jus* Constitutionis f. *in Thesi*, eadem *vitio nullitatis laborat. l. 1. §. 2. ff. qua sent. sin. appell. l. 2. C. quand. prov. non est nec.* ceu judicatum *in F. J. L. M. Mart. 707.* sed si lata *contra Jus Partis* f. Hypothesi in *per Appellationem suspendenda* est. *d. l. 1. §. 2. l. 27. ff. d. re jud.* sic *pron. F. J. L. Mens. Aug. 711.*

III. Est autem *Appellatio* legitima Provocatio ad Superiorem Judicem, ut tollatur Gravamen, quod per Inferiorem Judicem illatum esse arguitur. *l. 1. ff. l. 29. C. de appell.* Ea *requirit* observari *Fatale* (1.) *Appellationis Interponendae X. dierum. Auth. Hodie C. d. Appellat. j. l. 1. §. 7. f. ff. quand. appelland.* (2.) *Apostolorum Petendorum XXX. dierum. l. 24. C. d. appellat.* (3.) *Appellationis Introducendae*, Jure Civili Arbitrio Judicis definiendum. *l. 2. l. 5. C. d. temp. & repar. appellat.* Imperii Camerali VI. Mensium. *R. J. d. A. 1654. §. 67. Sax. El.* unius Mensis. *Appellations* - Ordnung *t.* von *Appellationen*, wie die angenommen. *§. 1. C. S. p. 855.* (4.) *Appellationis Justificandae*, per Deductionem Formalium & Materialium, intra spacium unius Anni, vel, justa causa id exigente, Biennii. *Auth. Ei qui. C. d. tempor. & repar. appell.* Hoc in Camera non attenditur, sed in *Saxonia Elect. Praefecturis.* Verum *in Supremo Judicio Appellationum & Curiis Provincialibus* Justificatio facienda in Proximo Judicii Termino

juxta

juxta *d. t. Appell.* Ordn. §. Darum wann. *Ref. Grav. d. A. 1653. 57. gr. 28.*

IV. Appellationi affinis *Leuteratio* est, remedium suspensivum, moribus Saxonicis introductum, quo gravatus apud eundem judicem in scriptis sententiæ latæ declarationem petit. *O. P. S. T. 35. P. 1. C. El. 19.* Ea *habet Fatale* (1.) *Decendii Leuterationis interponendæ. d. t. 35.* (2.) *Citationis petendæ 6. sept. & 3. d.* ex tempore interpositionis. *d. t.* §. nachdem. (3.) *Prosecutionis faciendæ in Termino quoad Formalia & Materialia. d. §. Dec. El. 69.*

V. *Officium Judicis* dividitur in *Nobile*, quod proprio motu vel ad nudam implorationem exercetur. *a. l. 19. ff. d. R. N. l. 13. ff. d. Offic. Præf. l. un. C. ut quæ desunt Advoc. part. P. 1. C. El. 25.* & *Mercenarium*, quod ad actionis institutæ naturam adstringitur. *a. l. 38. ff. d. hæred. pet.*

VI. Officium Judicis versatur circa Actionem vel Personalem vel Realem vel Mixtam. *In Actione Personali*, ut Noxali, reus condemnandus est vel ad solvendam litis æstimationem, vel ad noxæ (v. g. Servi) deditionem. *§. 1. J. h.* §. 1. I. h. *in Reali vel Absolvitur*, actore intentionem suam non probante, *§. II. J. h. j. l. 4. C. d. edend. vel* §. 2. I. h. *Condemnatur ad Restitutionem* (1.) *Rei Petitæ*, quæ facienda Jure Civili statim, eaque cum existit manu militari auferri petitorique tradi potest. *l. 68. ff. d. R. V.* nisi impetrata fuerit ex ju-

sta causa Dilatio, præstitâ satisdatione de solvenda litis æstimatione si intra tempus, quod datum est, res non fuerit restituta. *§. II. J. h. In Actione Personali*, cum rei restituendæ est copia, e. g. in commodato, deposito, pariter facienda statim Restitutio, etiam *hodie*. Jure *Sax. El. in Actione Reali* post *14. dies*, a tempore Insinuati Præcepti Executivi computandos, Res Mobilis Reo aufertur Actorique præstatur. *O. P. S. T. 39.* §. nemlich, in Immobilem ipse immittitur. Verum *in Actione Personali* aut Reali, cum quantitas certa aut rei æstimatio præstanda est, Jure Civili Quadrimestre Intervallum indulgetur. *l. 2. l. f. C. d. Usur. rei jud. Jure Sax. El.* elapsis *6. sept. & 3. d.* a tempore Insinuati Præcepti Executivi numerandis, Executio perficitur. *O. P. S. T. 39.* §. Wann aber. *conf. R. J. d. A. 1654.* §. Damit auch. (2.) *Cum Omni Causa. l. 20. ff. d. R. V.* proinde *Possessor Bonæ Fidei* fructus perceptos & extantes restituit, non consumtos. *§. II. J. h. l. 22. C. d. R. V.* quia eos consumendo lucratur in Judicio singulari. *l. 4. §. 2. ff. fin. regund.* non universali, nempe Hæreditatis petitione, in qua obligatur ad restitutionem, quatenus ex fructibus est factus locupletior. *l. 25. §. 2. ff. d. hæred. pet.* id quod *Mores* Germanorum quoque in Judicio Singulari, videlicet rei vindicatione, observare solent. *a. l. 206. ff. d. R. J.* At *Malæ Fidei Possessor* Fructus Extantes & Consumtos Perceptos & Percipiendos

dos Restituere compellitur. §. *II. J. h. l.22.C.d.R. V. l. 62. §. 1. ff. eod. l. 1. §. 1. C. hæred. pet.* Omnes autem post litem contestatam pro m. f. possessoribus habentur. § *II. J. h. d. l. 22. l. 25. §. 7. ff. d. hæred. petit.*

VII. *In Actione ad Exhibendum* in rem scripta *a. l. 3. §. f. l. 12. § f. ff. ad exhib. Reus condemnatur ad exhibitionem* (1.) *Rei cum omni causa*, quam habiturus esset actor, si, cum primum ad exhibendum egit, res exhibita fuisset. Ac proinde Exhibenda Res, licet inter moras judicii a possessore usucapta sit, item Rei Fructus post litem contestatam (& ante rem judicatam. *l. 3. §. 1. ff. d. Usur.*) perceptus §. *III. J. h.* quando hoc judicio præparatorio victus de re principali judicio contendere supersedet. *d. §. j. l. 9. §. 8. ff. ad exhib.* (2.) *Statim* faciendam, nisi ex justa causa dilationem impetret, atque se rem restituturum caveat. §. *III. J. h. Adversus Contumaces* per dolum aut culpam latam Actori permittitur præstare Juramentum in litem Affectionis. *l. 5. pr. §. 3. ff. d. in lit. jur.* cæteri in id, quod interest, damnandi sunt. §. *III. J. h. j. §. 31. J. d. act. l. 2. §. 1. ff. ad exhibend.* §. 3. I. h.

VIII. *In Actione* Mixta: ut (1.) *Familiæ Herciscundæ Judex* jubetur *quoad* 1.) *Rerum Divisionem* res singulas singulis hæredibus tribuere, & inæqualitatem Adjudicatione emendare. §. *IV. J. h. j. §. 20. J. d. act.* 2.) *Præstationes personales*, Cohæredem Cohæredi ad Æra hæreditaria §. 4. I. h.

communicanda damnumque lata & levi culpa datum resarciendum condemnare. *d.§ 5.l.19. l.25. §.16.ff. fam. herc.* *Hodie* Extrajudicialis Divisio frequentior est, quam Judicialis. *Jus Saxonicum* in Divisione inter duos Cohæredes *recepit Jus Optionis.* LR. *l. 3. a. 29.* quod est Jus Personale. *P. 3. C. El. 15.* & competit Cohæredi Minori, vel Masculo cum Fœmina concurrenti, in bonis defuncti, posteaquam vel Cohæres Major vel Fœmina cum Curatore partes hæreditarias constituit *d. Const.* *In Actione* (2.) *Communi dividundo*, cum de Rebus Pluribus agitur, singulæ singulis tribui debent. Quodsi de Una Re agatur: ut fundo, atque is possit commode dividi, aut æqualiter aut inæqualiter, ita ut partes singulis adjudicentur, dividatur; cum non potest res commode dividi, Tota Uni adjudicetur & is, nec non partem prægravantem in fundi &c. divisione inæquali nactus, alteri certa pecunia condemne-

§. 5. I. h. tur *§. V. J. h.* atque in hac Adjudicatione qui Majorem Rei Partem habet alteri solet præferri. *L. 34. §. 2. C. d. donat.* (*c*) etiam *bodie* cfr. resp. *Fac. Jur. Lips. Mens. Sept. 706.* Præstationum Personalium, sicuti in Judicio Familiæ Herciscundæ dictum, habenda quoque ratio. *a. l. 11. ff. l. 4. C. comm. div.* *In Actione* (3.) *Finium Regundorum Judex adhibere tenetur* 1.) *Adjudicationem* urgente necessitate, scilicet si evidentioribus fini-

§. 6. I. h. bus agros distingui commodius est. *§. VI. J. b.* 2.) *Condemnationem*, si forte fines sunt malitiose cor-

corrupti *d.* §. Idem Judex enim de finibus & corruptis finibus cognoscere potest. *l.4.* §. *4. ff. fin. reg.* & in id quod interest condemnare. *l. 4.* §. *1. ff. eod. j. l.3. ff. d. in lit. jur.* Præterea *Contumacia* ejus, qui jubente judice agros metiri passus non est, coërcetur condemnatione in id quod interest. §. *VI. J. h. j. l.4.* §. *3. ff. fin. reg.* Solent etiam *hodie* Judices delegati, sive Commissarii ad Ocularem inspectionem constituti, sæpe Agrimensores adhibere, ad Ichnographiam (einen Abriß) faciendam. *l. 8.* §. *1. ff. l.3. C. fin. regund.*

IX. In Actione Familiæ herciscundæ, communi dividundo & Finium regundorum sæpe est necessaria *Adjudicatio*, qua Judex, ob difficultatem divisionis declinandam, aut fines evidentius distinguendos, Totam rem Dividendam finesve confusos, aut Portionem Debita Majorem, in unum ex litigantibus transfert, sub onere certæ præstationis. v. g. pecuniariæ, alteri litigantium parti faciendæ. §. *4. 5. 6. J. h. l.22.* §. *1.2.3. ff. fam. herc.* Per quam Adjudicationem transfertur Dominium, quando adversarius fuit Dominus. §. *VII. J. h.* Si non fuit Dominus, ei cui facta adjudicatio, usucapiendi saltem facultas acquiritur. *l.17. ff. d. Usur. & usuc.* §. 4. 5. 6 I. h. §. 7. I. h.

(*a*) *Non reus actoris, sed actor rei forum sequitur. L. 2. C. d. jurisd. omn. jud.*

(*b*) *Qui se Judicis incompetentis jurisdictioni semel subjecit, illius jurisdictionem agnoscere tenetur, a. L. 14. ff. d. jurisdict.*

 (*c*) *Quan-*

(*c*) *Quando res communis uni adjudicanda est, qui majorem ejus partem habet, præfertur. a. L. 34. §. 2. C d. don.*

TIT. XVIII.
De Publicis Judiciis.

I.

P*Ublica Judicia* sunt Judicia Lege Publica introducta ad punienda Crimina quibus Respubl. graviter læditur. *Leg. 1. ff. d. publ. Jud. j. l. 2. §. 23. 32. ff. d. O. J.* In his Accusatio cuivis ex populo permissa. §. *I. J. h.*

Pr. 1. Ih. II. Publica Judicia *tractantur*, *PR. J. h. Processu* vel Accusatorio vel Inquisitorio. In *Accusatorio* per Viam Accusationis Criminis Pœna ab Accusatore intenditur, & Causa Ordinario Procedendi Modo observato deciditur. *l. f. C. d. Accusat.* Hic etiam *bodie* in Usu est, *O. C. a. 89. Res. Gr. d. A. 1609. t.* von *Justit.* S. *gr. 5.* sed cessat Inscriptio & Talionis pœna. Apud *Saxones* quoque Incarceratio Accusatoris, donec caverit, quam *O. C. a. 12, 14. 181.* respicit, in usu non est.

III. *Processus Inquisitorius* est, quando Judex, ob Criminis commissi gravitatem, in Veritatem delicti ejusque Auctorem inquirit, ne admissum maneat impunitum. *a. L. 13. ff. d. Offic. Præs.* (*a*) *c. 24. X. de accusat. O. C. a. 6. 214, 219.* Hic *dividitur in Generalem*, quo in Corpus Delicti & Personam Delinquentis generaliter inquiritur. *O. C.*

a. 6.

a. 6. & *Specialem*, quo, post probabilem commissi criminis notitiam, adversus Certam Personam indiciis gravatam inquiritur, ut eidem Pœna legitima imponatur. *d. art. j. Res. Gr. d. An. 1609. t. Justit.* S. *gr. 5.*

IV. In Processu Inquisitorio *attendendum r. I.) Judicis* (1.) *an Forum ejus sit competens* tam intuitu Causæ quam Rei. *l. 1. C. ubi de Crim.* (2.) *Officium ejus* in formandis Articulis Inquisitionalibus, exigendis Rei ad eos Responsionibus & conquirendis Articulorum negatorum Probationibus. *II.) Rei an sit* (1.) *Absens*, atq; tum Fugitivum persequitur Judex Literis Incarcerationis Patentibus, mit offenen Steck-Briefen, quibus frustra adhibitis petenti indulgere potest *Salvum Conductum*, ein sicher Geleit, i. e. securitatem; qua rei a metu incarcerationis liberantur, quo commodius defensionem suam promovere queant. Hic Salvus Conductus est, vel *Generalis*, ein gemein sicher Geleit, vel *Specialis*, ein frey sicher Geleit, v. *Dec. El. 76.* (2.) *Præsens* & Incarcerari solet ejusq; Responsio ad Articulos Inquisitionales exigi. *Res. Gr. d. A. 1609. gr. 5.* Postequam inchoata inquisitio Reo haud deneganda *Defensio. a. L. 18. §. 9. ff. d. quæst.* (*b*) *quæ est* gravaminis per Inquisitionem illati suscepta declinatio, eaque *tendit*, vel ad avertendam Inquisitionem aut Torturam, vel ad Tollendam Minuendamve Pœnam.

V. Publica Judicia certam in reos statuere so-

lent pœnam. *l. 15. ff. ad munic. Pœna* autem in genere est facti illiciti debita coërcitio. *a. l. 41. ff. d. pœn.* eaque dividitur (1.) In *Ordinariam*, quæ certa Lege constituta & determinata. *l. 1. §. 4. ff. ad SCt. Turp.* & *Extraordinariam*, quæ Judicis arbitrio relicta est, ut ab ipso determinaretur *l. 1. §. 1. ff. d. effract. L. 11. ff. d. pœn.* (*c*) (2.) *Jure Hodierno* in Civilem & Criminalem. *Civilis* eine Bürgerliche Straffe, non tendit ad corporis afflictionem. *fac. a. O. C. a. 177. 178.* LR. *l. 1. a. 53. Jure Civili dicitur* pœna *Civilis* quando Autoris Interesse persequitur eidemque applicatur. *l. 9. §. 5. ff. d. publican. & vect.* Pœna *Criminalis* tendit ad Corporis Afflictionem, die an Haut und Haar gehet. *Jure Civili appellatur* Pœna *Criminalis* quoties Publicum Interesse persequitur & in Reip. utilitatem cedit. *§. 10. J. d. injur. estque* vel *Non-Capitalis*, eine Leibes-Straffe, *vel Capitalis*, eine Lebens-Straffe, & vitam naturaliter tollit, atque hæc vel Simplex vel *Aggravata. O. C. a. 131. 137. P. 4. C. El. 35. §. 3. §. f.*

VI. *Publica Judicia* dividuntur in *Capitalia*, quorum pœna est Capitalis, vitam naturaliter
§. 2. I. h. vel civiliter auferens. *§. II. J. h. j. l. 63. §. f. ff. pro soc.* & *Non Capitalia*, quorum Pœna est non Capitalis: ut relegatio, mulcta fisco applicanda. *§. II. J. h. l. 2. ff. eod.*

VII. Locum habent Publica Judicia e. g. ob *Crimen Majestatis Læsæ*, quod est Crimen Publicum (Lege Julia notatum) quo Summa Reip. Potest.s

testas læditur. §. *III. J.b.* Hoc dispescitur in Crimen Perduellionis & Majestatis in specie. *Crimen Perduellionis* est, quo quis Directe quid contra securitatem Principis vel Reip. Hostili Animo facit. *l. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Maj. §. III. J.b.* v. g. adversus Imperatorem, Electores. *A. B. c. 24. j. l. 5. C. ad Leg. Jul. Maj.* Atq; illud punitur r. 1) Rei in Corpus Gladio. *d. l. 5. §. III. J. b.* aliove supplicii genere. *d. §. a. l. 3. ff. d. Jurisd.* ut Dissectione in quatuor partes. *O. C. a. 124. Extra Corpus* (1.) Memoriæ Rei Damnatione. *l. 8. C. ad L. Jul. Maj.* (2.) Bonorum Confiscatione, etiam hodie *N. 134. f. O. C. a. 218.* (3.) Irritatione Gestorum. *l. 5. §. 4. l. f. C. ad L. Jul. Maj.* 2.) *Aliorum* vel proprie ob Intercessionem pro Reis, quæ infamat. *d. l. 5. §. 2. A. B. c. 24.* vel Improprie: sic in Liberos transit Pœnarum Sensus in Medicinam securitatis publicæ: ut Infamia quædam, Incapacitas Acquisitionis ex testamento vel ab intestato Honorumque. *L. 5. §. 1. C. eod.* Filiabus salva relinquitur ex Matris hæreditate Legitima. *d. l. 5. §. 3. C. (d)* Atque hæc Pœna *Usui Hodierno* convenit. *A. B. c. 24. O. C. a. 218.* §. 3. I. h.

VIII. *Crimen Læsæ Majestatis in Specie* est, quo quis absque Hostili Animo aliquid contra splendorem, dignitatem & existimationem Principis aut Reip. committit. *l. f. ff. ad L. Jul. Maj. l. 1. C. d. priv. carc. l. 2. C. d. falſ. mon.* Hujus Pœna pro modo admissi est varia ut deportationis, relegationis, &c. *l. 24. l. 40. ff. d. pœn.* ipsumque

crimen

crimen morte extinguitur. *l. f. ff. ad L. Jul. Maj.*

IX. Lege Julia notatum est Crimen 1. Adulterii. 2. Sodomiæ. 3. Stupri. *Adulterium* est *in sensu speciali* Concubitus dolosus cum aliena Uxore. *l.6. §. 1. l.34. §.1.l.43. ff. ad L. Jul. d. Adult.*

§.4. I.h. §. *IV. J. h. in Sensu Generali & Moderno* fidei item Thori Conjugalis dolosa Violatio. *l. 11. ff. d. V. S. a. l. 1. l. 7. C. l. 13 pr. §. 6. l. 43. ff. ad L. Jul. d. adult. O. C. a. 120. §. item. P. 4. C. El. 19.* Hoc dividitur in *Simplex*, einfacher Ehebruch, quo Conjux cum Soluto solutave, & Duplex, die Ober-Hurerey, quo Conjux cum Alterius Conjuge concumbit.

X. *Adulterium punitur Jure Civili in Adulterio* 1.) *cum Nupta commisso* Gladio. *l. 30. §. 1. C. ad. L. Jul. d. adult. Conf. O. C. a. 120.* LR. *l. 2. a. 13.* quam Pœnam licet mitigaverit Justinianus in Fœminis, dum eas virgis cæsas in Monasterium detrudi jussit *N. 134. c. 10. Usus* tamen æqualem pœnam in masculos & fœminas statui solere probat. In *Saxon. Comm.* Uxor Adultera fustigatur & in perpetuum relegatur 2.) *Cum Soluto perpetrato* Adulteræ fustigatione & perpetua relegatione. *a. l. 6. § 1. ff. ad L. Jul. d. adult. j. N. 134. c. 10.* Solutum autem Gadio tum esse plectendum haud pauci sentiunt *a. §. IV. J. h. l. 6. § 1. ff. ad L. Jul. d. adult.* Quando Adulterium est *cum soluta* commissum, Adulter virgis cæditur & in perpetuum relegatur. *a. d. l. 6. §. 1.* Soluta vero arbitrarie punitur

nitur tanquam ob ſtuprum late ſic dictum. *a. L.101. ff. d. V. S. d. l. 6. §. 1. §. IV. J. b. P. 4. C. El. 27. 28.* inde relegatio Sexennii dictata in *F. I. L. Menſ. Febr. An. 707.*

XI. Adulterium punitur *Jure Sax. El. in Adulterio Duplicato* ſupplicio Gladii. *P. 4. C. El. 19. pr. In Simplici* Conjugatus vel Conjugata eodem Supplicio Gladii plectitur. *d. C. El* Kirchen-Ord. *r.* von der Straffe der Unzucht. §. da einer. Maſculus autem Solutus Gladii, Soluta vero Fœmina fuſtigationis & perpetuæ relegationis pœnæ ſubjicitur, licet forte Conjux adulter vel adultera, ob Conjugis interceſſionem in perpetuum ſaltem relegetur. *d. C.* § darüber *j.* §. Es ſoll aber.

XII. *Sodomia* (à Sodomitis dicta. *Gen. c. 19. v. 5. ſeq.*) *eſt* Crimen Publicum Concubitu contra Naturam ab Homine cum Homine ejusdem vel diverſi ſexu, aut cum Bruto commiſſum. *a. § IV. J. b. l. 31. C. ad L. Jul. d. adult. O. C. art. 116.* eaq; *Punitur Jure Juſtinianeo* Gladio. §. *IV. J. b. d. l. 31. Imperii igne O. C. a. 116. Saxonico*, quoties Sodomia commiſſa cum Homine, Gladio *fac. Conſt. El. N. 5.* quoties cum Bruto, Crematione Hominis & Bruti. *d. art. 116. O. C.*

XIII. *Stuprum* eſt Publicum Delictum per illicitum Concubitum ſoluti cum Virgine vel Vidua honeſte vivente commiſſum, §. *IV. J. b.* & Dividitur in Violentum, die Nothzucht, & Voluntarium. *Violentum* cum eſt *Attentatum* Coërcetur Arbitrarie. *O. C. a. 119. e. g.* Fuſtigatione &

per-

perpetua relegatione. *Consummatum* punitur Ultimo Supplicio tanquam vis publica atrocior. *a.l.f.§.1.ff.d.re mil.j.l.29.§.f.ff. ad L. Jul.de adult. l.1.§.f.ff.de extraord. crim.* ut Gladio.*O.C.a.119.P. 4. C. El.30.* quæ Pœna *apud Saxones* etiam Scortationi Violentæ dictata est *P. 4. C. El.30.*

XIV.*Stuprum Voluntarium est*, quod cum Volente vel parum reluctante Virgine vel Vidua, honeste alias vivente, committitur. §. *IV. J. h.* & *punitur Jure* 1.) *Civili* in Vilioribus corporis coërcitione una cum relegatione, in Honoratioribus Publicatione dimidiæ partis Bonorum. §. *IV. J. h.* Quæ pœna *in Imperio nostro* non penitus obsolevit. 2.) *Hodierno apud Saxones in Stupratore & Stuprata* regulariter Carcere. Kirchen-Ordn. *t. Gen.* von Ehe-Sachen. *Spec.* von Straffe der Unzucht. §. würde denn eine ledige. *P. 4. C. El. 27.* § *f. In Stupratore tantum* Necessitate (1.) Stupratam Ducendi aut Dotandi. (2.) Infantem ex stupro susceptum Alendi. *P. 4. C. El. 27.* Quantitatem Alimentorum & Terminum ad quem Definit Judex Arbitrio suo; in genere ea præstanda sunt biß daß das Kind sein Brodt selbst erwerben kan.

XV. Stupro affinis est *Fornicatio s. Scortatio, quæ est* Coitus cum Soluta Fœmina Vulgari palam & passim se prostituente. *l. 43. pr. §. 1. 2. ff. d. R. N.* atque *Jure Divino* pro Mortali Peccato agnoscitur. *1. ad Cor.6. v. 9. 18.* & *Jure Civili* infamia notatur in scorto, cum est persona libera.

l. 43.

l. 43. §. 5. 4. *ff. d. R. N. j. l.* 24. *ff. d. his qui not. inf. ea punitur Jure Sax. El. in* 1.) *Meretrice* palam ſe proſtituente Relegatione temporali aut perpetua. *P.* 4. *C. El.* 28. & aliquando gravius. 2.) *Scortatore* Carcere. *d. C.* & quandoque acerbius.

XVI. *Homicidium doloſum* eſt hominis occiſio a ſciente & volente Dolo malo facta. *§. V. J. h.* §. 5. I. h. *L.* 7. *ff. ad L. Corn. d. Sicar.* (*e*) veluti telo. i.e. ligno, lapide, ferro. *d. §. Jure Civili* etiam Attentatum Homicidium tanquam Conſummatum puniebatur. *d. §. d. L.* 7. ſed *Hodierno* mitiori pœnæ locus eſt. *O. C. a.* 148. 178. *P.* 4. *C. El.* 3. 7. Homicidium illud dividitur in Simplex & Qualificatum. *Simplex* nomen homicidii Generale retinet, Hoc notatum eſt L. Cornelia de Sicariis. *§. V. J. h.* & punitur Gladio Jure Civili Novo. *§. V. J. h. l.* 3. *C. d. Epiſc. Aud. l. un. C. d. rapt. virg. j. l.* 1. §. 2. *ff. ad. L. Corn. d. Sicar.* quod *hodie* attenditur *O. C. a.* 137. *P.* 4. *C. El.* 6.

XVII. *Homicidium Qualificatum* eſt, quod ob concurrentes circumſtantias Speciale Nomen recipit: ut Veneficium & Parricidium: *Veneficium* (Notatum L. Cornelia) eſt Homicidium Doloſe veneno malo. *l.* 236. *ff. d. V. S.* necandi cauſa facto, vendito, emto, &c. *l.* 1. *ff. ad L. Pompej. d. Parricid.* datove Commiſſum. §. *V. J. h. l.* 1. §. 1. *l.* 3. *ff. ad L. Corn. d. Sicar. j. O. C. a.* 37. *& punitur Jure* 1.) *Civili* Gladio. §. *V. J. h. l.* 28. §. 9. *ff. d. pœn.* licet non conſummatum. *d. §. V.*

l. 3.

l.3. ff. ad L. Corn. d. Sicar. Jure Hodierno in Consummato saltem ordinaria Pœna locum invenit *a. O. C. a. 130.* 2.) *Hodierno Imperii* in Masculis Rota, in Fœminis Suffocatione. *O. C. a. 130. Jure Saxonico* apud nos Rota in Masculis & Fœminis. *fac. d. art. j. a. 105.*

XVIII. Veneficio affinis *Magia, est* Crimen Publicum, quod Magicas Artes exercendo, & Pacto cum Diabolo inito, committitur. §. *V. J. b.* ac *punitur Jure* 1) *Divino* Ultimo Supplicio. *Exod. c. 22. v. 18. Lev. c. 20. v. 6.* nec non Jure *Civili.* e. g. Gladio. §. *V. J. b. l. 5. l. 6. C. d. malef. & math.* Igne. *l. 3. C. eod.* 2.) *Hodierno* sub distinctione, *vel* enim *Pactum cum Diabolo initum est Expresse* per Fœderis cum Christo Pacti Abdicationem Satanæque expresse factam Mancipationem, & coercetur igne, quamvis nemini datum sit damnum. *P. 4. C. El. 2.* quæ Pœna multo magis obtinet, si cuiquam fuerit nocitum. *O. C. a. 109.* aut fœdus cum Dæmone Concubitus accesserit. *a. d. art. d. C. El. vel Tacite*, cum quis Citra Pactionem expressam Magicis Artibus utitur, atque tum, *Si* (1.) *fœdus* cum Satana *Concubitus intercessit*, Ignis Supplicio locus est. (2.) Artibus Magicis *Nocitum Jure Imperii* Ignis, *O. C. a. 109. Sax. El.* Gladii Pœna obtinet. *P. 4. C. El. 2.* §. Da aber. (3.) *Non est Nocitum*, sed præsagio aut divinatione usa est Saga. *J. Sax. El.* Pœna Gladii dictata est. *P. 4. C. El. 2.* §. *f. sed O. C. a. 109. certa* pœna non est definita. Sortiarii die

Seegen-

Seegenſprecher. *d. art.* nec non ii qui Opera Magorum uſi ſunt, Arbitrarie plectuntur.

XIX. *Parricidium* (notatum Lege Pompeja) *eſt* homicidium in Perſonas Conjunctas Doloſe commiſſum. §. *VI. J. b. l. 1. ff. ad L. Pompej. d.* §. 6. I. h. *Parricid.* idque perpetrare cenſetur etiam Extraneus Criminis illius Particeps adeoque Parricidii pœnæ ſubjicitur. §. *VI. J. b. l. 7. l. 6. l. 2. ff. ad L. Pompej. d. parric. Jure Civili* hujus Criminis *Conatus* ut conſummatum punitur delictum. *a. d. l. 1.* ſed *Uſus Hodiernus*, ne quidem ſi ad actum proximum fuerit perventum, ordinariæ parricidii pœnæ locum relinquit. *a. O. C. a. 178. P. 4. C. El. 3. Parricidium* dividitur *in Proprium*, & in Perſonam Conjunctam eamque vel Aſcendentem vel Deſcendentem, aut Conjugem, committitur. §. *VI. J. b. l. 1. ff. ad. L. Pompej. d. Parricid. j. Lun. C. d. his qui par. vel lib. occid. P. 4. C. El. 3. Improprium*, & in reliquas Perſonas proxime Conjunctas Sanguine, Affinitate (*ad 4.* usque gradum incluſive. *l. 3. ff. ad L. Pompej. d. parr.*) Sponſalibus vel ob Libertatis Beneficium, committitur. §. *VI. J. b. l. 1. l. 3. l. 4. ff. ad L. Pomp. d. parr.*

XX. *Parricidium Proprium punitur in Linea Recta Conſanguinitatis, vel inter Conjuges*, perpetratum Culeo. i.e. reus virgis ſanguineis cæſus cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia in vicinum mare vel amnem projicitur. §. *VI. J. b. l. 9. ff. ad L. Pomp. d. parric.* quæ Pœna obtinet mul-

tis in locis, etiam *in Saxonia. P. 4. C. El. 3.* Solet autem pro Culeo, Saccus Linteus, pro Simia, sæpe Felis. *d. C. El.* & pro Serpente vivo, quando haberi nequit, pictus substitui, atque hæc animalia separatis sacculis includuntur, virgarum vero cæsio prætermittitur. *d. C. El. Quod si Flumen proximum non sit* reus Bestiis objici jubetur *l. 9. ff. ad L. Pompej. d. Parr.* in *Saxonia El.* autem Rota plectitur. *P. 4. C. El. § 1. O. C. a. 137.*

XXI. *Parricidium Improprium punitur* scilicet Commissum in Consanguineos ex Latere & affines intra quartum gradum constitutos Jure Civili. *a. l. 3. ff. ad L. Pomp. d. Parr. Jure Sax. El.* Matrimonio jungi prohibitos Jure Divino Universali. *P. 4. C. El. 3. §. f. Ultimo Supplicio l. 9 §. 1. ff. eod.* ut Gladio cui accedit Raptatio ad Locum Supplicii juxta *d. Const. El.*

XXII. *Crimen Falsi* est Crimen Publicum (vi Legis Corneliæ) quod committitur Dolosa Veritatis Immutatione in alterius præjudicium facta, & a lege notata §. *VII. J. b. l. 2. l. 23. l. 15. ff. ad L. Corn. d. fals. j. l. 3. §. 1. ff. stellionat.* Hoc dividitur in *Personale*, & circa Personas committitur: ut suppositio partus *l. 30. §. 1. ff. ad L. Corn. d. fals. l. 13. ff. eod. j. l. un. C. d. nom. mut.* & *Reale*, quod circa Res committitur, veluti testamentum vel instrumentum falsum scribendo, signum adulterinum faciendo &c. *§. VII. J. h. Punitur* vero Jure Veteri in Servis Ultimo Supplicio, in Liberis Hominibus plerumque Deportatione.

§. 7. I. h.

§. VII.

§. *VII. J.h. j.l.27.§. f. ff. ad L.Corn.d.falſ. Jure Novo* regulariter Arbitrarie & ad deportationem perveniri poteſt, imo ad Ultimum Supplicium extendi pœna, ſi id exigat Magnitudo Criminis. *L.22. C. ad L. Corn. d.falſ.* (*f*) *O.C.a.112.113.* Plurimis tamen in caſibus Fuſtigatio dictatur aut Relegatio.

XXIII. *Vis Publica eſt* Crimen Publicum (Lege Julia notatum) quo Reſpubl. Atroci Violentia graviter Læditur. §. *VIII. J. h.* idque committitur frequentiſſime armis. *d.* §. Ubi, *ut Armata Vis in Crimen Fractæ Pacis* Publicæ Imperii *incidat, exigitur Vis* (1.) *Doloſa.* (2.) *Publica.* (3.) *Atrox* coadunatis hominibus armatis illata. *Ord. Cam. P.2. t.10.* §.*5.* Atq; hoc Crimen *Vindicatur Secundum Jus Commune*, ob atrocitatem, Gladio a Judice ordinario. *a. l. f.* §.*1. ff. d. re milit. R. J. Auguſt. d. A.* 1555. §. 48. *O. C. a.* 218. 219. *Secundum Jus Imperii* Banno Imperiali &c. vi cujus licita eſt quævis Rei in perſona bonisque Offenſio, Bannitoque Jus Civitatis in Imperio adimitur. *O. C. P. 2. t. 9.*§. *2. Vis Publica punitur Jure Civili* regulariter Deportatione. §.*VIII. J. h.* quandoque gravius etiam capitali ſupplicio. *l.11. ff. ad L. Jul. d. vi publ.* Arbitraria Pœna *Uſu Hodierno* obtinet multis in locis, niſi Certam Lex aut Conſuetudo ſpecialis definiverit. *a. d.l.11.P.4. C. El.* 43. §. 8. I. h.

XXIV. Vi Publicæ affinis *Raptus eſt* Crimen Publicum, quod committitur Honeſtam Perſo-

nam (e.g. virginem, viduam, sanctimoniam, i.e. Deo dicatam. §. *VIII. J.h. l.54. C.d. Episc. & Cler.*) invitam dolove persuasam Libidinis gratia de loco in locum Abducendo. *Leg. un. pr. §. 1. C.d. rapt. virg.* raptus *coercetur dum* 1.) Omnis *Spes Matrimonii* Raptori cum Rapta *præscinditur*, licet rapta ejusque parens consenserit. *d.l. un. §. 1. Nov. 143.* id quod *Jure Canonico & Hodierno* plerisque in locis mutatum; tale Matrimonium enim, si rapta sponte sua postea raptori nubat, permittitur. *c. 6. f. X. d. rapt.* & in honorem matrimonii pœna mitigatur. 2.) *Reus & in Actu Rapinæ Adjutor* Gladio punitur. §. *IIX. J.h.* bona etiam rei ministrive (servi cremantur. *d. l. un. §. 3.*) ingenuæ personæ, quæ raptum passa est, applicantur. *d. l. un. §. 1. 2.* hæc autem Pœna ob odium bonorum ablationis, raro *hodie* in usu est. *In Adjutoribus* Extraordinariæ Animadversioni locus relinqui solet. Unde fœminæ, quæ opem & consilium præstiterat, dictata relegationis pœna per quinquennium in *F.J.L. M. Jun 704.*

XXV. *Vis Privata est* Crimen Publicum (Lege Julia notatum) quo Respubl. Non Graviter læditur. e. g. sine armis. §. *VIII. J. h.* & *Punitur Jure Civili* Publicatione tertiæ partis Bonorum. §. *VIII. J. h. Jure Hodierno* Arbitarie pro ratione violentiæ personarumque conditione.

XXV. *Peculatus in sensu Lato est* Crimen Publicum (Lege Julia notatum) Pecuniæ Publicæ, Sacræ vel Religiosæ surreptione commissum.

§. *IX.*

§. *IX. J.h.l 4. ff. ad L. Jul. peculat. In sensu stricto* der Diebstahl gemeiner Gelder, *est* Crimen Publicum Pecuniæ Publicæ Surreptione commissum ab eo, cujus periculo pecunia non fuit. *l. 9. §. 2. ff. eod. Punitur* autem *Peculatus vel Pecuniarie*, ut quadruplo. *l. 13. ff. eod. vel extra ordinem* in Personis in Administratione Publica constitutis, nec non iis, quæ ministerium adhibuerunt, vel res subtractas ab his scientes susceperunt, Capitali Supplicio. *§. IX. J. b. l. un. C. d. leg. Jul. pec.* in Personis Privatis Deportatione. *d. §. Hodie* Furti pœna locum habet. §. 9. I. h.

XXVII. *Sacrilegium* Jure Civili *est* Crimen Publicum Rei Sacræ vel Religiosæ surreptione ex Loco Sacro commissum, *l. 4. l. 5. l. 9. §. 1. ff. ad L. Jul. pec.* Cujus *Pœna est* Capitalis mitiorve, prout circumstantiæ id exegerint. *l. 6. l. 9. ff. eod. Jure Canonico & Hodierno* Sacrilegium *est* Crimen Dolosa Surreptione Rei Sacræ vel Profanæ ex Loco Sacro, vel Sacræ ex Loco Profano commissum. *a. c. 20. §. Sacrilegium XVII. q. 4. Ord. Crim. a. 171. 172.* & *punitur* secundum Jus Imperii, ita ut is, qui Monstrantiam furatus est, Ignis supplicium subeat, *O. C. a. 172.* Reliqui Arbitrarie, gravius tamen quam fures, plectantur. *O. C. a. 171. 172 174.* Jure *Saxonico* quoties Res Sacra ex Loco Sacro Ablata est Supplicium *Rota.* LR. *l. 2. a. 13.* & cum Res Sacra ex Loco Profano vel Profana ex Loco Sacro subtracta est, *Furti* pœna obtinet.

XXIIX. *Plagium* est Crimen Publicum. *l. 13.*

C. ad L. Fab. d. plag. (Lege Fabia notatum) quo Liber Homo vel Servus Alienus Dolo malo. *l. 3. ff. l. 14. l. 15. C. eod. cum* vel sine violentia Supprimitur. *l. 1. l. 2. C. eod.* atq; *Punitur* pro delicti modo Varie. *l. f. ff. eod.* & atrocibus circumstantiis urgentibus (e. g. hodie in Judæis) Ultimo Sup-
§. 10. I. h. plicio §. *X. J. h. l. 7. l f. C. ad L. Fab. d. plag. apud Saxones* quoque, id quod statutum in Conrad **Kauffung** cum Principes Sax. Albertum & Ernestum Plagio subduxisset. In Auxiliatores delicti Socios eadem statui potest Pœna, quæ in ipsos reos. *l. 6. §. f. ff. eod.*

§. 11. I. h. XXIX. *Ambitus* §. *XI. J. h. est* Crimen Publicum (Lege Julia notatum *d.* §.) quod committitur cum quis Illegitimo Modo. e. g. data pecunia, Honores parat. *a. l. un. pr. §. 1. ff. d. L. Jul. amb.* Olim Puniebatur si quis in Municipio contra hanc legem Magistratum aut Sacerdotium petiisset per SCtum 100. aur. cum infamia. *d. l. un. pr.* §. *1.* postea Deportationem in reos statutam esse. *a. l. un. C. eod.* colligitur. *Hodie* Pœna est *Arbitraria.* Etiam ob conatum ambitus inquisitioni esse locum *resp. F. J. L. M. Jul. A. 700.*

XXX. *Crimen Repetundarum* §. *XI. J. h.* Est Crimen Publicum (Lege Julia notatum *d.* §.) quo in Officio Publico constituti Munus capiunt, ut magis aut minus quid ex officio faciant. *l. 3. l. 6. pr.* §. *2. ff. d. L. Jul. repetund. Punitur* vel Mulcta quadrupli. *l. 1. C. eod.* vel Extraordinaria Animadversione exilio aut durius. *l. 7.* §. *f. ff. eod. Hodie Arbitrarie.* XXXI.

XXXI. *Crimen Annonæ Defraudatæ.* §. *XI. J. h. Est* Crimen Publicum (Lege Julia notatum. *d.* §.) quod committitur Dolosa Annonæ Suppressione ut carior fiat *l.2.ff. d.L.Jul.d.ann.*& Punitur 20. Solidis. *l.2.§ f.ff.eod. Hodie* Crimen Annonæ extra ordinem Arbitrarie plerumq; coërcetur. *l.37.ff. d.pœn.l.6.ff. d. extraord. crim.*

XXXII. *Crimen Residui* §. *XI. J. h. est* Crimen Publicum (Lege Julia notatum. *d.* §.) illicita Retentione Pecuniæ Publicæ ab illo, cujus Administrationi ea concredita est, commissum *l.2. l.4. §.3. ff. ad L. Jul. pecul.& punitur Jure Civili*, dum Reus ex Residuo Tertia Parte Amplius, quam debet, præstare tenetur. *l.4.§.5.ff eod.* Quæ Pœna a Facultate Juridica Francofurtana aliquoties dictata est. *Jure Saxonico Electorali in Quæstoribus & Administratoribus perfidis*, qui Dolo malo pecuniam subtraxerunt & in proprios usus converterunt (1.) Carcere aut Relegatione temporali, *quando Residuum est 50. aur.* in moneta usitata. *d. Mand. Regio.* §. Damit. minus. *P.4. C. El. 41.* nec potest reus duplo restituto a pœna se liberare. *Mand. Reg. d. d. 26. Sept. 705.* §. Wie denn gleichfals. (2.) Fustigatione cum perpetua Relegatione, *quando Residuum est 50 aur. majus d.C.* (3.) Suspendio quoties Residuum hoc *100 aur. continet* aut excedit. *d. C.* neque tamen vel fustigatio vel suspendium a necessitate ablatum ex bonis suis restituendi liberat. *d. Mand.* §. nehmlich. *Jure Saxonico Communi*

muni semper obtinet in Crimine Refidui mitior, quam Suspendii, pœna: talis enim Administrator pro fure proprie fic dicto non habetur, cum res ablatas alii poffeffori non furripuerit. *a.* ℒℜ. *l. 2. a. 29.*

XXXIII. His de Materia Criminum quafi per Indicem tactis ad exactiorem in Pandectis Tractationem L.B. remittimus cum Justiniano
§ 12. I. h. Imp. *§. XII. J. h.* & instituto nostro fuum imponimus finem.

(*a*) *Congruit bono Magistratui malos homines conquirere, & prout quisque deliquerit, in eos animadvertere, ut pacata fit Respubl. & malis hominibus careat. L. 13. ff. d. Offic. Praef.*

(*b*) *Defenfionem, quocunque tempore postulante reo, denegari non oportet. L. 18. §. 9. ff. d. pœn.*

(*c*) *In Criminibus certam lege determinatam pœnam non habentibus arbitrariæ pœnæ locus. L. 11. ff. d. pœn.*

(*d*) *Fœminæ pro infirmitate fexus minus, quam masculi, aufuræ esse creduntur. L. 5. §. 3. C. ad L. Jul. Maj.*

(*e*) *In Lege Cornelia dolus pro facto est, nec lata culpa dolo æquiparatur. L. 7. ff. ad L. Corn. d. fic.*

(*f*) *Crimen falsi pro modo admissi & si exigat delicti magnitudo, supplicio capitali puniri potest. L. 22. C. ad L. Corn. d. fals.*

S. D. G.

INDEX

INDEX
TITULORUM INSTITUTIONUM IMPERIALIUM.

A.

F.

G.

H.

I.

L.

Legi-

Q. Qui

Q.

R.

S.

Stipu-



IN-

INDEX MATERIARVM.

A.

Finium

Actio

B.


C.

item

R.

R.








B. 17.7.40
B.N.C.F.



